


XVII

# NUESTRO DIVINO

Padre Clemente Ochoavo, embio al Rey nuestro Señor contra  
la Peste estos Versos.



**Q**

Ruam pro nobis subijt,

Stans in illa scijit

I E S V S, sacratis manibus

Forsis, clavis, pedibutque.

*¶ Versos que dixo San Roque a vn berido de peste, y le dexò sano.*

**Q**

Ancea, Crux, Clavi, Vulnera,

quæ tolerauit, ostendunt:

Lauit miseros à criminum labe,

Qui non peccauit, tormenta portauit.

Pro mundi vita fuit crucifixus.

## TESTIMONIO, Y REMEDIO CONTRA LA PESTE.

**D**E D. F. F. de Salazar, Obispo de Salamina el año de 1546. En el Concilio Tridentino, siendo Legados del Iuan Maria de Monte, y Marcello de S. Cruz, a 21. de Henero auiedo graue Peste, Bernardo Arçobispo Griego dio en el Concilio las infra escritas letras en pergamino, de la mano del S. Z. carias Obispo de Ierusalem, al qual fue reuelado este myterio, con que se firuio Dios cesasse vna Peste grauisima que a la sazón afigia aquella tierra, y el dicho Arcobispo lo dio a los Señores Legados con la exposicion de las letras, en presencia de muchos Perlados y Embaxadores. que en ha-



RA-19

COMMENTARIORVM

CONTINVATIO  
AD LEGES REGIAS  
NVNC DENVO POST  
Recopilationem Regiam in curijs  
& extra constitutas.

QVÆ DVM ALIA COMMENTARIA  
in lucem eduxi non erant in dicta Recopila-  
tione inclusa.

AVHTORE EODEM ALPHONSO  
*de Azevedo ciue ac incola Placentino.*

LICENTIATO ANDREA AYALA A  
consilij Hispaniarum Regij, & eius Palatij & Curiaæ prætori.



MADRITI,  
Apud Petrum Madrigal,  
Anno MDC.

*Expensis Francisci de Robles Regis Bibliopola.*

Ms. No. 190  
L. No. 11

COMPLIMENTUM

CONTINUATIO

AD EFECTUM

RECOLLECTIONIS

QUAE DVAM ALIA COMMUNITARIA

AVHTORE FODERMO

LICENTIA TO ANDREA



MADRID

Apud Petrus Madrigal

Anno MDC

Expensis

ERRATAS  
TASSA.

**Y**O Alonso de Vallejo escriuano de camara de su Magestad, de los que residen en el su consejo, doy fee, que auindose visto por los señores del vn libro intitulado Comentario a las leyes y prematicas añadidas a la Recopilacion, compuesto por el Doctor Alonso de Azue- do, que ante los dichos señores se presentò, y con su licencia fue impresso, tassaron cada pliego a tres marauedis en papel, el qual tiene sesenta y dos pliegos, que al dicho precio monta cada volumen ciento y ochenta y seis marauedis, y al dicho respeto de tres marauedis cada pliego se han de contar los que el dicho libro tuuiere, demas de los dichos sesenta y dos pliegos: en principio, prologo, tassa, y erratas, que hasta agora no se ha impresso; y a este precio mandaron se venda y no a mas, y que esta tassa se pōga al principio del para que se sepa lo que se ha de llevar, y que no se venda ni pueda vender de otra manera. Y para que dello conste di esta fee en la villa de Madrid a catorze dias del mes de Enero, de mil y seiscientos.

Alonso de Vallejo.

g 2



# ERRATAS.

**P** Agia. 2. col. 4. lin. 28. in sui. dig. in sui. 3. 1. 1. cerpissent, di. te sibi in direptione ablatum. 3. 17. Pisistratus, di. Pisistrati. 3. 4. 1. Dogma, di. dogmata. 7. iubicis, di. iubijci. 6. 1. 26. esse, di. esset. 13. 4. 30. clericā, di. clericū. 24. 2. pen. certa, di. certa. 24. 3. pen. pleremq; di. plerūque. 30. 1. 20. esse enim, di. esset enim. 33. 2. 16. hocto, di. hocto. 41. 1. 1. erit, di. in. c. erit. 45. 1. 31. nullum, di. nullum. 52. 1. 11. legi, di. lege. 54. 3. pen. vel Pa. di. vide Pa. 57. 3. 1. qui, di. quæ. 4. minus, di. minuire. 58. 3. 2. effem, di. esse. 66. 1. vlt. laijs, di. alijs. 69. 4. 7. diei, di. diei. 70. 1. 9. concedu las, di. concegiles. 27. politorum, di. depositorum. 76. 3. 13. esse, di. esset. 77. 3. 1. mutabitur, di. mutabitur. 78. 4. 14. proueniant, di. proueniunt. 80. 4. 27. panadera, di. panera. 82. 3. 25. virtualiter, di. virtualiter tamen. 94. 1. 29. viuere, di. viuere. 97. 3. 10. anno, di. annorum. 104. 1. 20. idem, di. indemnē. 109. 4. 13. habentur, di. vagentur. 110. 1. 21. iudicibus, los, di. iudicibus de los.

*Juan Vazquez del Marmol.*

*Alonso de Valde.*





ON Felipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Serdenia, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de lae, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Is- las de Canaria, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante, e Milan, Conde de Abspurg, de Flades, Tirol, y Barcelona, de Vizcaya y Molina, &c. Por quanto por parte de vos Fráncisco de Robles librero, en nombre y como cesionario del Doctor Iuan de Azeuedo nos fue fecha relaciõ, q̄ vos auia des presentado en el n̄ro Consejo vn libro intitulado, Glossa y Cometo sobre las nuevas leyes añadidas a las de la nueva Recopilacion, el qual auiamos cometido al Licenciado Molina, y auia dado su parecer, cõ que le pusiessen sumarios, y segunda vez se le auia cometido para que viesse si estauan bien hechos los dichos sumarios, el qual lo auia visto y lo daua por bueno: Atento lo qual nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para lo poder imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad, para que por vna vez y no mas, podays imprimir vna impressiõ de mil cuerpos del libro intitulado Glossa y Comento sobre las nuevas leyes añadidas a las de la nueva Recopilacion, primero, segundo, y tercero libro, conforme a la dicha escritura de veta que el dicho Doctor Azeuedo os hizo del dicho libro que vos sera mostrada, firmada de Alonso de Vallejo n̄ro escriuano de Camara, y vno de los que en el n̄ro Consejo residen, que pasó

ypalsò ante Pedro de Herrera escriuano en esta villa de Ma-  
drid, a diez y seis dias del mes de Junio deste presente año de  
nouenta y nueue, podais imprimir el dicho libro, con que la  
impresio se haga por el original q en el nro. cõsejo se vio q  
va rubricado cada plana, y firmado al fin del del dicho Alon-  
so de Vallejo. Y con q antes q se venda le traigais ante los de  
nuestro consejo juntamente con el dicho original, para que  
se vea si la dicha impresion esta conforme a el, y trayga fee  
en publica forma, como por corrector por nos nombrado  
se vio y corrigio la dicha impresion por el dicho original.  
Y vos mandamos no imprimais el principio y primer plie-  
go del, nientregueis mas de vn solo libro con el original al  
autor, o persona, a cuya costa le imprimieredes para el  
efecto de la dicha correccion y tassa, hasta que antes y prime-  
ro el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro  
consejo. Y estando hecho, y no de otra manera, podais impri-  
mir el dicho principio y primer pliego, en el qual inmedia-  
tamente se ponga esta nuestra licencia y aprouacion, tassa, y  
erratas, y no lo podais vender, ni vendais vos, ni otra perso-  
na alguna hasta que estè el dicho libro en la forma suso di-  
cha, so pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en las  
leyes y prematicas de nuestros Reynos que sobre ello dispo-  
nen. De lo qual mandamos dar y dimos esta nuestra carta se-  
llada con nuestro sello, y librada de los del nuestro consejo.  
Dada en Madrid a veinte y tres dias del mes de Agosto, de  
mil y quinientos y nouenta y nueue años.

El Conde de Miranda. *El Licenciado* Licenciado Iuan de  
Guardiola. *Oualle de Villena,*  
Licenciado don Diego Doctor Alonso de Anaya  
Lopez de Ayala. *Pereyra.*

Yo Alonso de Vallejo escriuano de Camara del Rey nue-  
stro señor la fize escriuir por su mandado cõ acuerdo de los  
del su Consejo. Registrada. Jorge de Olaal de Vergara Chan-  
ciller. Jorge de Olaal de Vergara.

INTEGERRIMO VIRO  
LICENCIATO ANDREÆ DE  
Ayala Philippo III. Hispaniarum Regi á con-  
silijs, nec non in Regio eiusdem domicilis, &  
amplissima Curia viro capitali Franciscus  
de Robles Regius bibliopôla.

**C**V M hasce in legum Hispanicarum compilationem, quam vocant,  
commentationum Additiones prælo subycere, atque in vulgus meis  
impensis prodere statuissem, vir omni laude dignissime, non alio visum  
est, quam tuo ipsius nomine insignitas, & quasi vallo quodam aduersus impro-  
borum audaciam munitas in hominum manus dimittere. Is enim harum  
commentationum author est, in quem iure optimo quid ius honoris confera-  
tur, quando quidem ea vnum docuisse videmus, quæ non ab hoc aut illo, sed ab  
omnibus amplectenda esse nemo sanæ mentis ignoret. Quæ cum semel apud  
me decreuissem, nullus mihi, cui sanè opus eiusmodi, iustius quam tibi ipsi di-  
carem, diutius queritanti occurrit. Tum quòd vnus nostris temporibus sis, in  
hac Regia Philippi ter maximi Curia, iustitiæ, quam leges æquissimæ tuetur,  
propugnator acerrimus, columen, ac portus bonorum, scopulus autem ad quem  
improbi omnes collidantur & naufragium faciant. Tum etiam quòd ea fuerint  
iam pridem tua in parentem meum vita functum, & me ipsum merita, quæ hu-  
iusmodi vel amplioribus officijs essent prosequenda.

Accipe igitur vir clarissime, quæ tibi pro tempore offerimus, vel tenuia mu-  
nuscula, & quod homine singulari virtute prædito dignum est, non munus,  
quod per quam exiguum est, magnitudine, sed dantis potius benevolentia me-  
tiendum existima, quam vnam, vel Dei optimi maximi exemplo, cunctis, quæ  
ab hominibus præstari possunt, officijs præferendam nouimus. Sic enim & nos  
alacriores ad nostrum munus obeundum reddes, & vt tibi plura eaque non  
vulgaria certatim ab omnibus cum magna tui nominis gloria nuncupentur  
efficiens. Vale. Matrivi Kalend. Ianuarij. 1600.

LECTORIBVS.

**D**V M quotidie nouæ leges pro ocurrentiũ negotiorum decisione constituentur, & in publicam redigantur formam, & suis titulis & libris nostræ Recopilationis applicentur, & incorporentur: quæ dum eius libros Commentauimus, nondum erant incorporatæ. Et nè sine commento & declaratione remanerent, operæ precium esse duxi, has etiam glossellulis adornare, vt omnia integrè & perfectè Lectores præmanibus habeant. Qui si quid in eis boni dictũ esse repererint, Deo gratias referant, cui me ipsum commendent, & ipse nos in pace, ac gratia sua semper conseruet, Amen. Valet.

COMMENTARIO.  
 RVM CONTINUATIO  
 AD LEGES REGIAS, NUNC  
 denuò post Recopilationem Regiam in  
 curijs, & extra constitutas.

In. l. 9. titul. i. libr. i.  
 Recop.

1  *Confiteri sacramentaliter & Eucharistiã sumere quilibet tenetur in articulo mortis, num. 1.*

2 *Eucharistia communio an sit danda ad mortem condemnato si ieiunus non sit, nu. 2. Et ibidem quid in constituto in graui infirmitate.*

3 *Cõstitutus in articulo mortis, quãdo quis dicatur. n. 3.*

4 *Eucharistia quo tempore sit præstanda condemnatis ad mortem, nu. 4.*

SUMMARIUM.

Condemnatis ad mortem in quos executio iustitiæ faciēda est, Eucharistiæ sacramentum est ministrandum pridie antequam moriantur.



BI, Pio Quinto, Sã Etitate & charitate motus, & tanquã iu-

stus executor canonicarum institutionũ, & iudicum animabus aliter facientium volens prouidere, sic sanxit sanctissimus hic & maximus Põtifex, ann. 1568. Ianuarij 25. die, sic rescribēs Archiepiscopo Rosanensi Nuncio suo in Hispaniam ab eo missum, vt cũ Christianissimo Rege nostro id ageret. Rexque noster iustis ijs consilijs & sanctis obtēperans in. 27. die Marcij anni. 1569. immediatè sequentis, sic lege nostra esse faciēdum disposuit, & sic in posterum obseruatum est.

Ibi, *En conformidad de lo que por los sacros Canones esta*

A ua

## Commentaria ad leges.

*naestarydo*: vt apparet ex  
text. in cap. super eo. de hære-  
tic. in. 6. & in cap. quæsitum.  
13. quæst. 2. & ex. l. 7. titu. 13.  
lib. 8. infra. & quia quilibet  
in mortis articulo constitu-  
tus, tenetur confiteri sacra-  
mentaliter, & Eucharistiam  
1 sumere: \* ex cap. cùm infir-  
mitas. de pœnit. & remis. &  
l. 5. supr. isto tit. vbi diximus,  
& sic ex pluribus autoritati-  
bus Doctorum, id esse facien-  
dum retulimus in. l. 2. nu. fin.  
titu. 2. sequentis, vbi & dixi-  
mus, iudices aliter facientes  
peccare mortaliter. Sed omi-  
simus ibidem tangere, quid 3  
si talis condemnatus ad mor-  
tem non sit ieiunus, an &  
tunc sit ei danda Eucharistiæ  
2 communio: \* in quo quidẽ  
dubio asserendum est affir-  
mative, quod sic, quoties ne-  
que potest anticipari com-  
munio, neque differri mors,  
vel supplicium, eo quòd &  
huic periculum mortis im-  
minet, sicut infirmo graui in-  
firmitate cõstituto: vt inquit  
Sote, in. 4. distinct. 18. art. 4.  
& Suarez in. 3. tomo. de sa-  
cramen. quæst. 80. articul. 8.  
disputa. 68. sectio. 5. in prin-

cipio. & clarius Enriquez in  
2. parte Philosoph. moralis,  
lib. 8. c. 50. & nouissimè An-  
to. Gom. in explica. bullæ Cru-  
ciat. in clausula. 6. num. 36.  
fol. 64. Nam, vt inquit Peral-  
ta in. l. vnũ ex familia. in prin-  
cip. num. 14. de legat. 2. ista  
quatuor parificantur, quem  
esse in articulo mortis, & in  
extremis, seu in vltimis, & ef-  
se in actu moriendi, & esse  
morientem, & faciunt etiam  
dicta per Couarru. in cap. al-  
ma mater. 1. parte. §. 1. nu. 7.  
in principio. Et generaliter  
quando dicatur quis consti-  
tutus in articulo mortis, \* tra-  
dit Alberi. in. l. filiæ meæ. ver-  
sicu. ex hoc quæro. ff. soluto  
matrim. & per Doctores per  
me relatos in dict. l. 5. num. 5.  
in fin. infra isto tit.

4 Ibi, *Vn dia antes*. Per tres  
dies asseriebant aliqui, \* ex  
Doctoribus per me relatis  
in. d. l. 2. num. fin. tituli se-  
quentis.

Ibi, *Por semejantes cautelas*.  
Quibus quidem non est de-  
ferendum, sed potius ob-  
uiandum maxime tali  
in tempore.

In

In l. 34. tit. 3. lib. 1.

**L**eges prohibentes externos beneficia ecclesiastica & pensiones super eis habere iustificatur, remissiuè. n. 1.

SUMMARIUM.

Pœnæ statutæ aduersus contentientes pensiones in fauorem extraneorû à Regno nostro, eadem seruandæ sunt, circa naturales Regni recipientes pensiones, & eas extraneis dâtes, & ad eos deferentes.

Ibi, & per leyes de estos Reynos, scilicet l. 16. & 18. tit. 3. infra isto lib. vbi diximus, & in l. 14. ibidem plura retulimus

**1** pro iustificatione \* legû prohibentium externos beneficia ecclesiastica, & pensiones super eis habere in hoc Regno.

In l. 27. tit. 7. lib. 1.

**1** Libri in hac l. contenti non sunt diuulgandi, nisi precedente examine & licentia Regij consilij. n. 1.

**2** Libri obscæni impressione mādari nō debent, nā plurimū ledunt rectam Reipub. gubernationem & corrumpunt bonos mores. n. 2.

**3** Librorum Catholicorum deprauatio multis modis continere potest, & quibus. n. 3.

**4** Dictio, aunque, latine, quauis, in casu nostræ. l. est implicatiua & exclusiua, & precedentibus, addit. n. 4.

**5** Impressores libros Catholicos falsificantes, corrupentes eos, aut sana doctrina hæretica dogma commiscētes, qua pœna puniantur. n. 5.

**6** Pœna transcribentium libros hæreticorum aut damnatos errores continentis, qua sit. n. 6.

**7** Deferentes libros vetitos ex hæreticorum prouintijs, fautores eorū debet cēseri & acriter puniri, & quomodo. n. 7. & n. 8. quod ad hoc scientia requiratur.

**9** Ignoranti nihil imputatur, & ignorantia excusat à pœna. n. 9. & 10. an presumatur ubi alia remissiuè de ignorantia.

**11** Pœnæ ad hoc, quod imponatur in transcriptores librorū prohibitorum qua sint à iudice consideranda. n. 11.

**12** Libros damnatos retinentes, an sint hæretici iudicandi vel suspecti de hæresi. n. 12.

**13** Libri hæreticorum comburendi sunt licet in eis aliquid

## Commentaria ad leges

- boni reperiatur. num. 13.
- 14 Heretico damnato an eius bona opera damnata censeantur. num. 14.
- 15 Libri Hereticorum comburēdi sunt, neq; ex eorū nominibus aut operibus aliquid authorizandum. num. 15.
- 16 Libri hereticorum nullo modo sunt legendi nec retinendum. num. 16.
- 17 Hereticalia verba an et quando ex ignorantia prolata censeantur. num. 17.
- 18 Librū vetitæ lectionis sciens retinens an sit de heresi suspectus, et an suspicio hac sit leuis, vel vehemens, aut violenta. num. 18.
- 19 Imperitus retinens libros prohibitos, an dicatur suspectus de heresi. n. 19. Et quid si inter alia bona hereditaria eos habuit vel in mercibus eos habuit inclusos. Et quid si licet sint ab hereticis scripti nihil hereticum habeant, ibidem.
- 20 Libros hereticos componēs vel scribens, vere et manifeste hereticus censet. num. 20.
- 21 Librū vetitæ lectionis reperiens inter suos libros an possit illū comburere vel Inquisitoribus manifestare. num. 21.

### S V M M A R I V M.

Missalia, Diurna Pōtificialia, Manualia, Breviaria, aut horę, siue in Latino, siue in Hispano sermone, vel libri chori non intromittantur in hoc Regno, nisi præcedente solēnitare nostræ legis, & sub eius pœnis.

**I**bi, Sin q̄ primero se traya al nuestro Cōsejo. Non enim licet libros hos diulgare, nisi præcedente examine & licentia Regij Consilij, \* aliter enim maximum esset delictum, & plura mala resultare possent: nam si apud Romanos sacrilegium dicebantur cōmittere, qui libros sacros ritus cōtinētes euulgasset, aut vēdidisset. Ex quo Mar. Tullius, seu vt aliqui volūt, Marcus Attilius duumvir sacrilegiū faceret, quod libros Sibyllinos custodiæ suæ creditos Petronio Sabino transcribēdos, tradidisset à Tarquinio Rege culeo in sui iussus, & in mari proiectus, vt autor est Alicardus lib. 3. & Valer. Maximus lib. 1. c. 1. Sed & Iudei, cum miles quidā Romanus in direptione publica Palestinae, cū librū Mosaycum, fortè



cerpissent, cōcurrerūt Cæsā-  
 ream ad Romanum Præsidentem  
 Iudei, neq; cessarūt, donec vide-  
 runt militē illum capite pœnas  
 Inscem. Quod si hæc ita se ha-  
 bebant, quanta cū maiori ratio-  
 ne iuste disponit lex nostra li-  
 bros in ea declaratos nō esse im-  
 pressēdos nisi prēvio examine  
 & licentiā adhibita ad sic fa-  
 ciendū. *Ibi, Se examinen.* Id etiam ex  
 sacro Cōcil. Trident. sessio. 4.  
 S. fin. statutū habemus: neque  
 hūc id est, nā si ad conseruā-  
 das disciplinas recepras libri  
 multū valēt, exēplo Pisistratus  
 Atheniensis, qui hoc nomine  
 maxime laadatur, quōd priua-  
 to bathptu libros liberaliū artiū  
 omnibus legēdos proposuerit:  
 Et Lucul<sup>o</sup> apud Romanos qđ  
 bibliothecam, nō modo opti-  
 mis repleuerit libris, sed publi-  
 ce etiā pātere voluerit, quibus  
 & alijs exemplis hæc exornat  
 Tyber. Decia. tom. 1. de delict.  
 lib. 5. c. 46. nu. 6. cum seqq. ali-  
 quibus. fo. 294. Quod si ita est,  
 quare permittendū esset librū  
 aliquē typis mandari, nisi talis  
 esset, qui ad conseruandas bo-  
 nas disciplinas cōueniens esset,  
 non verō ad dissipandas eas:  
 prout dissipatur impressione,

& lectione obscenorum libro-  
 rū: quorū impressio ac publica-  
 tio plurimum ledit rectā Reip.  
 gubernationē, & bonos mores  
 corrūpunt: \* vt ex Arist. lib. 8.  
 Polit. c. 1. & ex lib. 7. c. 17. & ex  
 alijs optimē fundat Simancas  
 de Repub. lib. 9. c. 26. Imō am-  
 plius Synodus Provincialis Sa-  
 lis Burgensis anno. Dñi. 1569.  
 constit. 5. c. 5. Saluberrimē ca-  
 uit, vt rotannis typographi: &  
 bibliopolæ corā ordinarijs lo-  
 corum deputatis fidei Catholi-  
 cę profefsionē facere tenean-  
 tur: simulq; obediētiam sanctę  
 Sedi Apostolicę cū renūciatio-  
 ne & abnegatione omniū hæ-  
 resum polliceri. Quod decretū  
 istę calamitosis tēporibus vbi-  
 que plane esset obseruandum.

*Ibi, Para que en ellos no pueda  
 auer ningun vicio.* Quod qui-  
 dem vitium seu deprauatio li-  
 brorum catholicorum multis  
 modis cōtingere potest, \* vide-  
 licet, additione, diminutione,  
 mutatione, falsa cōpositione,  
 interpretatione, & male detor-  
 ta allegatione de quibus copio-  
 sē per Fran. Pegna, in lib. 2. de  
 causis, vnde hereses oriuntur  
 directo. Inqui.

*Ibi, Aunque esten impressos en  
 los de Aragón, Valécia, Cataluña,*

4 y *Nauarra*. Emphasim habet dictio illa, *atque*, ita ut dicet in præcedentibus verbis lex nostra locuta fuerit, de libris impressis extra nostrum Regnum, ut scilicet absq; examine & licentia non possint vendi, neq; in Regno nostro immitti, ut id procedat etiam in impressis in Regno Aragonis, Valentia, Cathalunæ, & Nauarra, quasi vellent Legislator dicere, quod licet ista quatuor Regna non reputentur extranea, cum a Rege nostro possideantur, & sit eorum Rex, ita ut omnia sua faciat, quibus authoritatem suam impartitur, adhuc tunc libri ibidem impressi non debeant vendi neq; immitti in nostro Regno nisi prævio examine & licentia: hoc enim denotat dictio illa, *atque*, Latine quævis, \* quæ est implicativa, & exclusiva, & addit præcedentibus, ut diximus in l. 7. tit. 8. n. 31. & 32. lib. 5. infra. & in l. 5. tit. 7. nu. 6. & in l. 3. tit. 16. nu. 4. lib. 8. infra.

5 Ibi. *Sopena de incurrir en las penas q por la dicha ley está puestas.* Quæ in l. 24. istius tituli, & libri. Sed quæ pœnam incurrant impressores libros catholicos falsificantes, \* corrumpentes eos, aut sanæ doctrinæ hære-

tica Dogma commiscentes, docetur in sexta Synodo Constantinopolitana, actio 13. refertur Iuo. p. 4. c. 158. in hæc verba. *Præcipimus illis, qui falsauerunt libros catholicos Anathemati subijcis & cum hæreticis Anathematizari, hæc ibi. Monebo interim (inquit Regna, in Cōmēt. ad director. Inquil. 2. par. pagin. 119. col. 2. in fin.) in huiusmodi sceleris patratores acerrimè esse animaduertendū, cum vno actu plura delicta committant, illa autem verba, & cū hæreticis Anathematizari, indicant eos talia facientes, hæreticos esse reputandos, quod & verū est, iuxta id quod dixit ipse Pegna ibidem super. c. fraternitatis. de hæret. versi. ex supra dictis pœdet. Quærit tñ ipse Pegna. in ead. pag. 119. Quæ erit pœna transcribentium libros hæreticorum aut dānatos errores continentis, \* & inquit quod olim Iustinianus in quadā nouella, constit. 42. de depositione Authimij, pœnam amputationis vnius manus posuit in eos, qui eius hæretici libros scriberent in hæc verba, sciendo quia amputatio manus ijs, qui scripta eius scripserint, pœna erit idē proculdubio dicturis de impressio-*

pressoribus, si tunc extitisset. Sed  
 hec seueritas ab Ecclesie tribu-  
 nali, que sanguine non fundit,  
 longe abest. Ac in Concil. Late-  
 ranens. sub Leone. X. Sess. 10.  
 impressoribus librorum preter  
 excommunicationem alia poenae  
 imponuntur. Sanè in hac causa  
 (Pegna ubi sup. inquit) ita sen-  
 tire, qui libros vetitos sciens tra-  
 scriberet, aut occultè contra le-  
 gis iussione imprimeret, velut  
 haereticorum fautor posset per  
 Inquisitores poenis arbitrarijs  
 coerceri. Idè iudico de vereda-  
 rijs nri seculi, seu de librorum la-  
 toribus, quos saepe contingit ex  
 Germania, Gallia, vel alijs haere-  
 ticorum Prouincijs libros vetitos  
 claustra deferre in terras fidelium:  
 nam ij fautores haereticorum pro-  
 culdubio censeri debent, & acri-  
 7 ter sunt puniendi. \* Et Pct. Go-  
 fred. in. l. 4. C. de haereti. capita-  
 li poena hos subiiciendos profi-  
 tetur per. l. 2. C. que res expor-  
 tari non deb. cui addo. l. cotem. ff. de  
 pub. & vecti. sed cum saepe mo-  
 10 nuerim hac crimina ob haere-  
 sis suspicionem, quam habent an-  
 nexam ab Inquisitoribus coercenda  
 esse, debuit omnino per leges  
 Canonicas iudicari: Itaque  
 preter excommunicationem, bo-  
 norum etiam confiscationem pa-

tientur, argum. c. ita quorundam,  
 de Iudaeis. Ad haec etiam si viles  
 fuerint verberibus caedi pote-  
 runt, si honestiores exilio mul-  
 ctari iuxta qualitatem persona-  
 rum, quae omnia Inquisitorum  
 arbitrio relinquuntur. Caeterum  
 in scriptore & latore librorum  
 vetitorum scientiam eorum oportet  
 8 interuenire, \* vt tales poenas  
 sustineant: nam si scriptor igna-  
 rus, qui penitus ignoret quod  
 scribit, quod saepe contingit, itè  
 si lator, seu veredarius, quem vul-  
 go correum vocamus, quid de-  
 ferat nesciat, cum clausos lite-  
 rarum fasciculos, & caetera, quae  
 asportant, huiusmodi homines  
 recipere soleant, immunes esse  
 crediderim, quoniam ignoranti  
 9 nihil imputatur, + l. fideiusor.  
 ff. mand. & ignorantia a poena  
 excusat. l. 2. ff. de in ius vocan,  
 vt eant. l. si. ff. de decre. abordi.  
 facien. Aym. Crau. cons. 6. nu.  
 72. Haec autem ignorantia sem-  
 per praesumitur nisi scientia  
 10 probetur + l. verius. ff. de prob.  
 tradit Maran. in. l. is potest. nu.  
 283. ff. de acq. haer. Menoc. de  
 praesum. lib. 4. praesum. 116.  
 nu. 35. & lib. 6. praesum. nu.  
 6. & praesum. 23. nu. 50. eod.  
 lib. 6. vbi plura de ignorantia  
 scripsit. Haec Pegna, ubi supra,

## Commentaria ad leges

quæ cum ab ipso doctè scripta  
sint sic retuli ; vbi & in versi.  
verūtamē inquit. verumtamē  
( vt pleniùs adhuc & copiofius  
dicā ) de fcriptore librorū , phi-  
bitorū multū referre arbitror  
11 considerare, \* qualiter transcri-  
bat. An fit difcipulus, qui Magi-  
ftro dictāte, aut alio quouis mo-  
do iubente feu notante fcribat,  
quæ bona & fana eſſe crederet:  
Item an fit famulus, qui iubēte  
Dño libros, vel librum feu quā-  
libet damnatam fcripturam,  
aut impia Dogmata fcriberet,  
ignorans qualia ea ſint, aut con-  
tra ſciens, ſed metu non audeat  
denunciare: Item an pretio cō-  
ductus ſcribat, neſciens ſe ve-  
nenofa Dogmata ſcribere, aut  
contra ſciens: Item an aliquis  
ſibi ipſi ſcienter ſcribat quæ  
damnata eſſe intelligat, nam  
ijs conſiderationibus habitis  
prudens Inquiſitor iudicabit,  
an ſcriptor de hæreſi fit ſuſpe-  
ctus, & quo ſuſpicionis ge-  
nere laboret, vt pro modo cul-  
pæ abiurationem, vel purga-  
tionem Canonicam indicen-  
dam, aut ad alias pœnas feu  
pœnitentijs, aut corporales,  
aut pecuniarias imponendas  
procedere poſſit. Sed quid erit  
in libros damnatos retinenti-

12 bus, \* an ſint hæretici iudi-  
candi, vel de hæreſi ſuſpecti  
censeantur, & in hoc præſup-  
ponendum eſt, quod libri hæ-  
reticorum comburēdi ſunt, li-  
cet in eis aliquid boni reperi-  
13 ri poſſit, † iuxta illud Hierony-  
mi: Nullus liber tam malus in  
quo aliquid, quod bonum ſit  
non reperiatur, tamen quia  
omnia tendunt ad malum, &  
ideò maius eſt mali periculum  
in legente, quàm boni ſpes:  
& propterea Saluator apud Lu-  
cam. 4. noluit Dæmones lo-  
qui de ſe, licet vera loqueren-  
tur, dum dicebant: Tu es filius  
Dei: nam vt inquit Pſalm. 49.  
peccatori dixit Dominus: Qua-  
re tu enarras iuſtitias meas per  
os tuum. Quem locum Lucæ  
exponens Beda, inquit, hoc  
enim eſt propriè hæreticorum  
vt bona malis, vera falſis im-  
miſceant, vt ſic facilius impo-  
nant legentibus, eosque illu-  
dant, & ſenſim in foueam tra-  
hant, vt Auceps cantu, piſca-  
tor eſca, ſecundum Gregor.  
Morali. libro. 5. exponentem il-  
lud, Iob. 3. Etiam venit ſuper  
me indignatio: & pro his op-  
timus text. in capit. Canones.  
16. diſtinct. & Arelat. de hæ-  
retic. not. 24. vbi duas aſſignat  
ratio.

rationes. Prima, nè videantur approbare. Secunda, nè qui legunt, & simplices sunt, neque sciunt verum à falso discernere, pro veris falsa recipiant, & sic quamquam Abb. in capit. fin. num. 4. de summ. Trinitat. & fid. Cat. dicat, quod damnato hæretico non intelliguntur <sup>14</sup> damnata bona eius opera, † tamen debet intelligi eius dictū, secundum illum tex. scilicet de eo, qui paratus est corrigi, ut dicitur in illo text. & de illis operibus, quæ nihil falsitatis habent immixtum, aliter enim non est sequendū dictum Abbat. nam damnato Authore tanquam hæretico, libri eius etiam si vtilia contineant, damnati censentur, ut inquit Pegna, in addi. ad direct. Inquisit. Comment. 3. pagin. 91. col. 1. versū. primum. cum sequentibus. ita ut secundum eum ibi nullo modo recipi debeant talia opera, nec tanquam auctorizabilia, neq; tanquam rationabilia, nō enim possum eorū scripta recipi, quorū dānantur Authores. c. fraternitatis. de hæret. & <sup>15</sup> ideò Felin. in. c. 2. de rescrip. n. 66. allegans autoritate Dantis Poëtæ Florentini in Monarchia, dicit, se non diuulgare il-

lum librum pro Authentico, quia fuit damnatus eius author Dantes ut hæreticus: not. oēs, in. c. nouit. de iudic. Afflict. in cōst. Sicil. in cōst. in consutile. n. 59. & ideo minor quomodo permittitur, neq; vsq; nūc emēdatus liber, Ioan. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali, vbi pluries allegat pessimum Lutherum in aliquibus eius libris, & illos Erasmi, & dicti Dantis Poëtæ, & similiū: deberet enim hæc allegationes à dicto libro radi, de quo iam semel aduerti & cercioraui vnum ex Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & sic spero emendaturum: nam si à Colloquio hæreticorum nos fugere admonet Paul. ad Timoth. 3. capit. 2. qui scilicet eorum Colloquia ad impietatem ducunt, & sermo eorum ut cancer serpit, quanto magis à libris & scripturis eorū abstinendum est, quæ semper loquuntur, & per totum terrarum orbem veluti venena serpunt & diuagantur, & sic libros hæreticorum comburendos, \* tradit optimè Castib. de iusta hæret. puni. lib. 2. cap. 15. & 16. & Tyb. Decia. de delic. tom. 1. lib. 5. de libris hæreticorum, & nomina eorū neq; sui sensus.

## Commentaria ad leges

non sunt alleganda neque alia cum eis authorizāda, etiā exijs, quę benè dicta viderentur: cūque, vt ad quæstionem reuertamur, quā ante hoc præsuppositū proposuimus, dicēdum est, nullo modo regulariter licere  
16 libros hæreticorū legere, \* aut penes se retinere, imò & retinēs secundū aliquorū opinionem, tanquam hæreticus condēnari potest, & hæc est plena probatio cōtra retinētē, vt fuit opinio Archid. in. c. fi. 24. q. 2. quē ad hoc refert Decia. vbi sup. n. 26 & eū & alios sequentes retulit etiā Pegna, in. d. 2. p. pagin. 92. col. 2. vers. ac primū. qui cū pluribus versiculis sequētibus plura circa hæc annectit: & cōcludit in. d. vers. ac primū. q̄ hæc Archi. & sequaciū opinio simpliciter intellecta, vt proposita est, falsa & penitus est explodēda, cū nullo iure hoc caueatur, neq; ratio patiatur, autius, vt ex sola præsumptione de tāto crimine aliquis condemnatur. e. l. teras. de præsum. quare ipse Pegna, ibidem in vers. horum tñ. & Decia. vbi sup. d. n. 26. vers. puto autem. inquit, sentētiā Archi. & sequacium tunc verā esse, cum constiterit eum, apud quem liber reprobatę lectionis

reperitur, librum eundem composuisse, prout veteres interpretes fictueri Rojas, in singul. fidei. 124. inquit Pegna, ibidem, qui in pag. 93. in princip. vers. hoc tamen. non indistincte hūc intellectum putat verum, sed tunc demum cum Author ex proposito hæresim ponit, eamq; contra Catholicam fidē stabilire contendit, nam si quasi aliud agens proferat hæreticale dictum, quod ex ignorantia potius, quā malitia dixisse videatur, \* præsertim in rebus obscuris, quas non facilè quis scire præsumitur, qualia sunt multa ad fidem spectantia valde difficilia, re vera non putaretur hæreticus, quod tunc maxime verum esset, cum vel generalem protestationem præmisisset, vel alias vir Catholicus & probus communi hominum æstimatione haberetur: sed si is qui retinet librū vetitæ lectionis sciens & volens retineat ab alio compositum ( vt differat à præcedente casu ) tunc utiq; nullus dubitat, qui suspectus sit de hæresi, vt inquit Pegna in dict. colu. 1. versicul. sed alter. & Decianus dict. nu. 26. vers. aut verò. sed an hæc suspicio sit leuis, vel vehemens, aut  
violē-

18 uiolēta. \* & Decian. ibidē, leuē  
 hāc præsumptionē vocat Zan  
 chi. tñ. & repert. Inquisi. relati  
 per Pegnā. d. pag. 39. versu. an  
 autē, tenet quod sit vehemens,  
 ipse tamē Pæгна, & melius exi  
 stimat veri⁹ esse, causa cognāta,  
 hoc est habita ratione persona  
 rū, & librorū prudentē Inquisi  
 torem rimari oportere, an hęc 20  
 suspicio leuis, grauis, seu vehe  
 mens, aut uiolēta sit, nā quid si  
 retinens tales libros penitus est  
 imperitus, qui eos neq; intelli  
 gat, neq; legere sciat, dices nē 21  
 eū vehemēter suspectū, nō pla  
 19 nē: + vel si cum hereditatē vel  
 mercibus accepit eos oculos,  
 neq; adhuc exoluit: vel etiā si ta  
 les essent libri, qui licet ab here  
 tics confecti fuissent, nihil tñ  
 contra fidem continerent, sed  
 tantū quod ad Gramaticā, Me  
 dicinā, vel similes artes profa  
 nas spectaret, aut si is qui reti  
 net, vir esse pbatissimus à quo  
 procul omnis abesset malitia,  
 prout hęc optimē aduertit &  
 cōsiderat Pegna d. pag. 92. col.  
 1. & 2. vbi in versu. iā qua pœna,  
 tradit, qua pœna sit puniendus  
 retentor horum librorum, &  
 in pagina. 94. in principio. in  
 quit, hoc certum esse, pœniten

tiam esse imponendam hūc  
 acriorem, alias verò leuiorem  
 pro qualitate & modo delicti,  
 & delinquentium, qui post ab  
 iurationem, ieiunia, orationes  
 & peregrinationes imponi vi  
 disse asserit, componens tamē  
 & conscribēs libros hæreticos  
 verē & manifestē, hæreticus  
 censetur, + secundum Menoch,  
 lib. 5. præsump. 6. num. 13. sed  
 an reperiens librum vetitæ le  
 ctionis inter suos libros possit  
 illum comburere, vel teneatur  
 21 manifestare Inquisitori, + & ip  
 se Pegna in dict. 2. part. pagina.  
 194. versu. itē qui, inquit, quod  
 si hūc librū statim destruxerit  
 incendio vel alio modo, in no  
 xium iudicatur hęc facientem, ar  
 gumen. 5. q. 1. c. 1. & c. si quis,  
 & idem Pegna in d. pagin. 91.  
 col. 1. ad fin. dē voluit, sed addit  
 quod tutius erit, vt eum librū  
 ad fidei iudices deferat, prout  
 & voluit Decian. vbi sup. d. c.  
 46. lib. 5. nu. 31. Et nota quod  
 nostra lex. 27. corrigi. l. 24. in  
 c. 4. supra isto titul. vt ibi dicit  
 subscriptio Marginalis.

In l. 13. tit. 10. lib. 1.

1 **N**omen hoc, Bulla, multipli  
 citer est usurpatum. m. 1.

2 Indul-

## Commentaria ad leges

- 2 Indulgentiarum usus antiquissimus est. num. 2.
- 3 Indulgentia ex quorum meritis conceditur, & ad quid prosint. n. 3.
- 4 Indulgentia prosunt animabus existentibus in purgatorio per modum suffragij. num. 4.
- 5 Indulgentia quo iure sint in ecclesia concessa. num. 5.
- 6 Indulgentia quid sit, & de pluribus eius definitionibus. num. 6.
- 7 Indulgentia cotuplex sit. num. 7.
- 8 Purgatorium non potest a Papa pro eius libito evacuari. num. 8.
- 9 Indulgentias concedere quis possit. num. 9.
- 10 Indulgentia semper ex causa rationabili sunt concedenda. num. 10.
- 11 Papa sine iusta causa non potest bona temporalia donare, num. 11. Et neq; in voto, nec iuramento dispensare, ibidem.
- 12 Iubilaeus unde dicatur, & quid sit. num. 12.
- 13 Indulgentia plenaria ne quis illas lucretur extra Romam suspenditur in anno iubilaei. 25. num. 13. & ibi de centenariis iubilaeis.

### S V M M A R I V M.

Formam & ordinem praedicandi ac publicandi bullas, gratias, & indulgentias ac iubilaeos,

& quæstas ponit lex nostra, & pœnas cõtra inobediētes. Et hæc est nouior lex, quã dicitur. Et præcedētis, ut tibi in subscriptione marginali aduertitur.

Ibi, *Bulas*, nomen hoc, *Bulla*, multipliciter est usurpatum. Primo ad significandum illam tenuem inflationem, quæ super aquam, dum pluit vel mouetur, solet causari, quæ Hispanè dicitur, *burbugita*, vel *põpica*, quæ cito formata super aquam citissime euanescit, unde in pro- uerbiũ exijt, *homo Bulla*, quo quidẽ pro uerbio admonemus, & designamus, humana uita, nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius, ut in huius Adagij propositũ plura dicit mouissimè Paul. Manunt. in Adagijs, col. 776. cũ seq. Secundo *Bulle* nomen significauit olim uestis formulam quandam, qua patriciorũ filij utebantur ad certam usq; ætatẽ, de qua meminit Plin. lib. 3. c. 2. Tertio *Bullæ* significabat quoddam insigne, quod præferrebant in pectore triumphates inclusis in illo remedijs cõtra inuidiam. Quarto significat cõsistoriũ, ubi aliqua statuta eduntur maturo cõsilio habito, inde-



indequè esse tràsflatum vide-  
tur hoc nomē ad Bullas In-  
dulgētiarum, & priuilegio-  
rum significandas, eo quod  
maturo præbio Consilio de-  
beant concedi & expediri.  
Quinto significat Bulla illud  
sigillum, quo signatur Bulla,  
quæ expeditur, quod quidem  
sigillum est apud commissariū,  
& hinc forte transump-  
tum est hoc nomen Bulla ad  
significādum ipsam Bullam  
signatā: ita defumuntur hæc  
Bulle significationes ex Gale-  
pino, in dictionario verbo,  
Bulla, & Rebus. in pract. be-  
ne in. 3. parte signature, sub tit.  
Bullæ notæ ac simplicis pro-  
uisionis. nu. 1. cum seq. quos  
ad hoc retulit Manuel Rodri-  
guez, in Expositione Bullæ  
crutiatæ, in verb. Bulla, fol. 7.  
& eis tacitis Ludouicus Lo-  
pez in suo instruc. conscien.  
2. parte super quest. 17. c. 6.  
de Bulla, pag. 799. col. 1. &  
nouissimè Anto. Gomez in  
expositione Bullæ crutiatæ,  
cap. 1. & Enriquez, in sua  
philosophia Morali lib. 7. c.  
29. col. 3. pag. 572. glo.  
Bulla proprie significat.

Alibi, *Indulgētiarum*, quarum In-  
dulgētiarum vsus antiquis-

2. simus est, \* vt apparet late ex  
Dom. Soto, in. 4. dist. 21. q. 1.  
col. 3. & colligitur ex Conci-  
lio Cartaginensi. 4. c. 76. &  
hodie ex Concilio Triden-  
sensi. 21. c. fi. & sessi. 25. in fi-  
ne, in Decreto, de Indulgen-  
late Nauar. de Indulg. 7. nota.  
pag. 657. col. 1. cū seq. tom.  
3. Et Indulgētiæ excōmuni-  
sententia theolo. in. 4. d. 26.  
& ibi Thom. & Soto, ibidem  
dist. 21. art. 2. & canonistarum  
in. c. Indulgētiæ. de pœni. &  
remis. in. 6. & in Clem. 1. de  
reliq. & ven. sanct. Palud. ma-  
xime in. 4. dist. 20. Armilla  
ver. Indulgētia, vt refert &  
asserit Cādelabrum aureum  
in. 1. parte tit. de Indulg. q. 4.  
ex thesauro Ecclesiæ conce-  
dūtur meritis Christi, Beatif-  
simæ Virginis, omniumq;  
Sanctorum coadumato: \*  
3. & tradit etiam Enriquez, in  
philoso. Mora. lib. 7. de Indul-  
gen. c. 2. & ex Extrauag. vni-  
genitus. de pœnit. & remis.  
Id determinatum videmus,  
ita vt nulli dubitandi occasio-  
iam relinquatur, etiam si  
Francis. Matronius, & Ang.  
in summa verb. Indulgētia.  
num. 9. dicant, Indulgētiarum  
tantum concedi ex meritis  
Christi,

Christi, sed dicta communis 4  
 est tenenda, quia cum Chri-  
 stus infinite (absq; eo quod  
 peccatum haberet vllum pro  
 quo debuisset satisfacere) &  
 Beatissima virgo nullum iti-  
 de haberet etiã originale, &  
 multa sit passa, & sancti (li-  
 cet aliquando peccauerint)  
 multa tormenta passionef-  
 que & flagella passi sunt  
 maiora multo quam merue-  
 rint, & satisfecerint plus-  
 quã debuerint, ex superabun-  
 dantia etiã meritorũ ipsorum  
 cum meritis infinitis Christi  
 cõgregatur thesaurus Eccle-  
 się infinitus, & sic Indulgẽtię  
 valẽt, & quantũ ad forũ Ec-  
 clesię, & quantũ ad iudiciũ  
 Dei ad remissionẽ pœnę resi-  
 duæ post contritionẽ, & abso-  
 lutionẽ, & cõfessionẽ, siue sit  
 iniuncta siue non: & ratio,  
 quare sic valere possint, est,  
 vnitas corporis mistici, in  
 qua multi in operibus pœni-  
 tẽtię supererogauerũt, prout  
 benè declarat Ludouicus Lo-  
 pez in. 2. parte sui instructo.  
 conscien. q. 17. c. 4. de Indul-  
 gen. in prin. profuntq; vivis,  
 vt dictũ est. Itidem profunt  
 animabus in purgatorio exi-  
 stẽtibus per modũ suffragij,

\* vt per dictos DD. maximè  
 Io. Echium, infra allegadum,  
 in vers. profunt etiam: neq;  
 differũt nisi pro illis vniuersis per  
 iurisdictionem clauium, quia  
 subditi sunt, istis vero defun-  
 ctis per modũ suffragij, quia  
 non sunt subditi, & sic per  
 modum absolutionis cõferri  
 eis non possunt, nisi per mo-  
 dũ suffragij, vt per Sorum in.  
 4. dist. 21. art. 2. pag. 903. col.  
 1. & pag. 904. col. 2. ad finem.  
 Ex quò refutanda est hereti-  
 corũ perfidia has Indulgenti-  
 as negantiũ, vt optime per  
 Castro de heresi. verb. Indul-  
 gentia, & per Io. Echium, in  
 suo Enchiridio. de Indulgentiis  
 Quo autẽ iure concessæ sunt  
 Indulgẽtiæ in Ecclesia: \* dic  
 quod secundum Concilium  
 Tridenti. sessio. 25. in fi. po-  
 testas cõcedendi Indulgẽti-  
 as tradita est iure diuino à Do-  
 mino nostro Iesu Christo, quã-  
 dõ Ioan. 22. Apostolis dixit:  
 Quorũ remiseritis peccata,  
 &c. Et habetur in. cap. audiui-  
 mus, &c. quodcumq; . 24. q.  
 1. & per totum, de pœnit. &  
 remis. in. 6. & in Clem. quia,  
 ibi, non tantum intelligitur  
 absolutio à culpa, sed pœna  
 eius etiã extra cõfessionem;

vnde

vnde in Concilio etiā Con-  
 stan. sessio. 6. condemnatus  
 fuit. Quartus error Vvicleff,  
 damnantis Indulgentias, ita  
 Viualdus in. d. suo candela-  
 bro aureo sub tit. de Indul-  
 gen. quæst. 3. & vt inquit Io.  
 Aechius, in. d. tit. de Indulgē.  
 ver. Indulgentiarum. Indul-  
 gentiarum Euangelij figura,  
 fuerunt iubilēi in veteri testa-  
 mento Leuit. 25. Vis istamen  
 quid sit bulla, & vis alijs de  
 Indulgentijs restat videre  
 6 quid sit Indulgētia: \* & omif-  
 sis eius varijs significacioni-  
 bus traditis à glo. 1. in. c. Indul-  
 gentiæ. de pœnit. & remis. in  
 6. & à Summistis in verbo, In-  
 dulgētia, quantum attinet ad  
 nostrū propositū, eam diffini-  
 nit Soto, in. 4. dist. 21. art. 1.  
 scilicet, vt Indulgentia Eccle-  
 siastica sit relaxatio pœnæ tē-  
 poralis Deo debitæ pro pec-  
 cato, quæ extra sacramētum  
 fit. Quæ quidem diffinitio  
 est aliquantulum diminuta,  
 non enim explicat vnde fue-  
 rint sumptæ hæc Indulgen-  
 tiæ. Ideò alio modo diffinit  
 eam cum Sancto Thoma &  
 alijs, Viualdus, in. d. candela-  
 bro aureo, tit. de Indulgētijs.

quæst. 2. scilicet, Indulgentia  
 est remissio pœnæ tempora-  
 lis pro peccatis actualibus  
 pœnitentium remissis extra  
 absolutionem sacramētalem  
 facta à Prælato Ecclesiæ ex  
 causa rationabili, cui adde, ex  
 communi thesauro Ecclesiæ,  
 vt & addidit Enriquez in sua  
 Philosophia Morali. d. lib. 7.  
 tit. de Indulgen. c. 1. col. 3. &  
 Nauar. optimè incommen-  
 de Indulgen. in re notab. per  
 totum. pag. 681. cum sequen-  
 tib. in magnis. Et sic hæc est  
 diffinitio integra, & nihil ei  
 deficit, neq; superfluit: licet  
 dicat Anto. Gom. in exposi-  
 tio. bullæ crutiatae. c. 6. num.  
 5. huic diffinitioni non pos-  
 se addi illa verba, pro actuali-  
 bus peccatis, ex eo quod pec-  
 catorum culpa originalis vel  
 pœna non à Prælato Eccle-  
 siæ, sed à Deo per baptismū re-  
 mittatur, ex tex. in. c. firmis-  
 sime tene. de cōsecra. dist. 4.  
 Nam hæc responsio clarissi-  
 mè denotat, necessariam esse  
 additionem illam, pro actuali-  
 bus peccatis, ne forte aliquis  
 ignoranter vel malitiosè vel-  
 let intelligere sub dicta diffi-  
 nitione comprehēdi culpam  
 origi-

## Commentaria ad leges

originalem si verba illa non adderentur, & sic vt malitijs obuietur, necesse fuit verba illa addere dictæ diffinitioni. Itidemq; licet ipse Anton. Gom. ibidem asserat, alia verba dictæ diffinitionis scilicet, ob rationabilem causam, nõ esse necesse illa addere, ex eo quod illud implicite pro dispensatione & in eius consequentiam interuenire intelligitur, de cuius natura est, vt semper cum causa fiat, vt infra dicemus: nam necessaria esse verba ista assero, nè quis intelligeret Doctores eam diffinientes aliud voluisse, cum non expressissent, omniaq; explicanda sunt, vt perfecta remaneat diffinitio, & nè detur malignantibus occasio pervertendi verba mentes, & dicta Doctorum, ex quibus hanc iudico esse perfectam Indulgentiæ diffinitionem, quicquid diminutè absq; dictis verbis velit illam diffinire dictus Anton. Gom. vbi supra, & sic dictam diffinitionem sequitur Manuel Rodriguez in expos. bullæ crutia. in. 1. fundamento, pag. 3. licet non addat dicta verba, ob rationa-

abilem causam, quæ addenda sunt, vt dixi: & insuper illa alia per me addita supra, ex communi thesauro Ecclesiæ, quæ diffinitionem, vt perfecte habeas, dic, quod Indulgētia est remissio pœnæ tēporalis pro peccatis actualibus pœnitentium remissis extra absolutio nem Sacramentalem facta à Prælato Ecclesiæ ex causa rationabili ex communi thesauro Ecclesiæ: cuius diffinitionis verba explicat Manuel Rodriguez, vbi supra, & Anton. Gom. vbi supra. nu. 6. cū seq. & Naua. vbi supra. Cotuplex autē sit hæc Indulgentia, \* dic quod duplex: vna specialis, quæ à confessore in Sacramento pœnitentiæ iniungitur, ac conceditur, ex. c. vtriusq; sexus. de pœnit. & remis. & in hoc potest etiam Indulgentias concedere, dicendo, dispēso tecū super residuo pœnitentiæ, si maior esset imponēda, quàm imponit, prout cum pluribus contra Sotū & alios verius esse dicit, cā delabrum aureum, tit. de Indulgen. nu. 6. vbi. num. 7. declarat quot Indulgentias posset confessor concedere, & hoc modo potest

test dici Indulgentia, secus  
 aliàs vt inquit Nauarr. in. §.  
 in Levitico. notab. 5. num. 1.  
 Alia vero indulgentia est  
 generalis, quæ à Romano  
 Pontifice in Bulla Cruciata,  
 & in alijs iubilæis sæpe con-  
 ceditur, vel ab Archiepisco-  
 pis, Episcopis, vel alijs poten-  
 tibus concedere, & hæc non  
 est de lege pœnitentiæ, sed  
 de lege iurisdictionis, vt ap-  
 paret ex. l. 45. titul. quar-  
 to, part. prima, & ex Hosti.  
 in summa. titul. de pœnit.  
 & remis. §. 5. & Syluest. in  
 summa. verb. Indulgentia.  
 in princ. Bologninus in tract.  
 de Indulgen. numer. deci-  
 mo octauo, tomo. 14. tract.  
 Doctorem, & hanc vlti-  
 mam Paludan. relatus per  
 Ludou. Lopez in. 2. part. sui  
 instructo. conscien. c. 4. de In-  
 dulgen. versio. deinde quia.  
 pag. 774. distinguit, inter  
 plenariam, plenioram, & ple-  
 nissimam, dicendo, quod  
 plena sit de pœnis mortu-  
 alium peccatorum remissorum:  
 plenior autem sit de ipsis 8  
 vnâ cum culpis venialium:  
 plenissima vero sit, de om-  
 ni pœna & veniali culpa, &

hanc dicit sequi Adrian. &  
 Summistas, sed ipse Lopez  
 ibi inquit hanc differen-  
 tiam esse commentitiam,  
 veroque carere fundamen-  
 to, & quod dicendum est,  
 quod non est maior indul-  
 gentia plenissima, quam ple-  
 naria: sed indulgentiarum  
 concionatores aliqui ex ag-  
 gregationis gratia illos gra-  
 dus positiui, & comparati-  
 ui, & superlatiui excogita-  
 re, & concludendo dicit ibi  
 ipse Lopez, plenissimam re-  
 missionem, qua homo à pur-  
 gatorio liberetur non deberi  
 crebrò, sed rarò & grauif-  
 simis de causis concedi, nè  
 (vt ait Sotus) abusus dis-  
 pensandi beneficia Dei eius  
 iustitiæ præiudicare videat-  
 ur, sed tamen si causæ le-  
 gitimæ, id exposcentes oc-  
 currant, tunc non cedit in  
 præiudicium iustitiæ Dei  
 etiam si per indulgentias  
 à purgatorio liberemur: Et  
 si purgatorium non potest  
 à Papa pro eius libito eua-  
 cuari, † secundum Nauarr.  
 inde indulgen. in commen.  
 notab. 31. num. 48. pag. 707.  
 vbi & inquit, quod tales & tã

B pauca

## Commentaria ad leges

paucae animae possent esse in eo, vel tot viui possent facere requisita ad indulgentiam pro mortuis concessam, quod omnes in eo manentes vno & eodem die liberarentur, secundum mentem communem ibi per Naua. assertam. Sed quis possit, indulgentias concedere, & dicendum est, indulgentiam plenariam, & iubilaeum Papam per totam orbem posse concedere ex propria auctoritate, ut per sanct. Thom. relat. ab Ang. in summa verb. Indulgentia. nu. 5. quem & alios sequens refert Candel. aure. dict. tit. de Indulgen. nu. 5. vbi ex Nauarr. in. 9. in Leuitico. not. 31. pag. 703. nu. 1. cum seqq. quid in concilio Archiepisc. & alijs sit de iure id decidit referens se ad eum, & nouissimè & late Ant. Gom. in explicat. bullae cruciae in. 4. q. per totam. fol. 13. cum seqq. in par. 1. & Lud. Lopez in. 2. parte. instruct. conf. tit. de Indulg. c. 5. pag. 785. col. 2. cum seqq. Notandum rariè est indulgentias semper ex rationabili causa concedendas fore, & ex text. in Extrauag. vnigenitus. de pœ

ni. & remis. vers. quem quidè ibi, & proprijs & rationabilibus: & vers. volentes. ibi, alijs iustis causis. tex. in. c. cum ex eo. vers. ad hæc. de pœni. & remis. Nam sicut donata temporalia sine iusta causa non potest Papa donare, & ex. c. non liceat Papæ. 1. 2. q. 2. neq; etiã in voto dispensare sine causa, secundum glo. in. c. non est. de voto. neq; in iuramento, ut docet gl. in. c. quanto. de iureiur. Ad eò ut dispensatus sine iusta causa non sit in conscientia tutus, ut per Co. var. in. 4. par. 2. c. 6. §. 9. num. 7. & 8. & Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 76. ita etiam a fortiori bona spiritualia (hoc est indulgentias) non sint absque causa concedendæ, & communem testatur Nauar. de Indulg. & Iubil. Grego. 13. verb. causa pag. 714. tomo. 3. & iterum in comment. de Indulge. notab. 15. pag. 670. cum seqq. vbi an valeant si sine causa concedantur, vel cum causa non proportionabili, deducitur etiã ex gloss. in Extrauag. in. 1. vers. sic. & confessis colu. 4. de pœni. & remis. non valere

ex

ex sancto Thom. & relatis per Anto. Gom. in. d. 4. par. explica. bullę. nu. 2. fol. 25. in prin. de quo & alijs per Ludo. Lopez in. d. 2. par. instru. consci. tit. de indulgen. c. 5. & in versi. igitur pro. pag. 778. & per Cadelabrum aureum, vbi supra num. 12. cum. 2. seqq. semper tamen, secundum Anto. Gom. vbi supra. in dubio iusta ex causa præsumuntur indulgentiæ concessæ, & iubilęi, arg. c. cum inter. in fi. de re iudi. de quibus & de alijs pluribus latè agitur per dictos scribentes ad quos te remitto, nè ad extranea à contextura nostræ legis veniamus.

Ibi. *Iubileo*. Vulgares pronuntiant iubilæus. Marcus Ant. Sabelli. lib. 3. *Aneadis*. iubilæus pronuntiat, & dicitur à voce illa. Iobel, t̄secundū Lyrā, sup. Leuit. c. 25. qui nō latuit Car. Alexa. in summa. de pœnit. dist. 7. & Mar. Anto. Sabel. vbi supra. Et dicitur iubilæus, secundum quod collegitur ex Extrauag. 1. 2. & 4. de pœn. & remis. plenissima omnium peccatorum remissio quoad pœnam, vt

cum alijs inquit Cadelab. aureum. in. d. tit. de Indulgen. nu. 20. vbi num. 21. inquit & quærit, quando incœpit in Ecclesia iubilæus concedi, & respondet, quod à primitiua Ecclesia cōsuetudo fuit antiquissima, concedendi iubilæum centesimo quoque anno, visitantibus Ecclesias, Sanctorū Apostolorum Petri. & Pauli Rome. Quod postea Bonifacius Octauus, in Extrauag. 1. de pœni. & remis. ratificauit, & de nouo concessit centesimo quoq; anno per rationes, quas ibi ponit glos. Postea verò Clemē. Sextus, in Extrauag. vni-genitus. eo. tit. ob multas rationes ibi expressas hanc indulgentiam ad quinquagesimum quemque annum reduxit, inter quas vna fuit, breuitas vitæ humanæ, quæ vix centesimū attingit annum: Succedente autem tempore cum viderent Summi Pontifices hominum vitas sic abbreviari, vt multi etiā, annum non adimplent quinquagesimum. Paulum. II. in quadam Bulla ad annum vigesimum quintum hoc

restrinxit, quam restri-  
 ctionem postea Sixtus III.  
 in Extrauagan. quemadmo-  
 dum. de pœni. & remis. con-  
 firmavit, & hæc consuetudo  
 seruatur hodie in Ecclesia,  
 vt visum est seruari in con-  
 cessione iubilæi anni. 1575.  
 per Gregor. XIII. Sed quia  
 hominum creuit malitia, eo-  
 rumque vitæ indies magis  
 breuiantur, & quia Impij  
 Lutherani ore sacrilego in-  
 dulgentias ausi sunt nega-  
 re, iam Summi Pontifices  
 crebrius quàm. 25. quoque  
 anno indulgentias mirabi-  
 les innumeratasque, tam pro  
 viuis, quàm pro defunctis, vt  
 fidelium fides deuotioque  
 augeatur, hæreticorumque  
 temeraria audacia obrua-  
 tur, concedunt, vt per So-  
 tum in. 4. distin. 21. quæstio.  
 2. articul. 1. prout quotidie  
 videmus concedi: Anno ta-  
 men iubilæi. 25. suspendun-  
 tur ipso iure omnes indul-  
 gentiæ plenariæ, nè quis  
 illas lucretur extra Romam,  
 & nè publicentur, vt hac  
 ratione (sicut olim, vt pa-  
 tet in dict. Extrauagan.) om-  
 nes Romam confluant, sed

non suspenduntur reliquæ  
 minores indulgentiæ, vt  
 per Nauarr. in dict. §. in Le-  
 uitico. notab. 25. numer. 1.  
 & notab. 28. numer. 1. rela-  
 tum per Candelabrum au-  
 reum, in dict. numer. 21.  
 Et an iubilæus ille centesi-  
 mus fuisset figuratus per  
 illum Hebræorum antiquum,  
 examinat Nauarr. dict. §.  
 in Leuitico. notab. 4. de quo  
 iubilæo Hebræorum me-  
 minit ipse Nauarr. ibidem  
 notab. 1.

Ibi. *Por los Pontifices, o por  
 otros. Qui possint indulgen-  
 tias & iubilæos concedere  
 in glos. indulgentias huius  
 legis diximus.*

In. l. 27. tit. 12. lib. 1.

- 1 **P**eregrini post. 20. an-  
 nos habent in ciuitate  
 ius acquirendi, & interim  
 ab extraordinarijs munc-  
 ribus sunt immunes. nu-  
 mer. 1.
- 2 **P**eregrinus quis & unde  
 dicatur, & in quo differt ab  
 hospite. num. 2.
- 3 **M**eretrices unde peregrina  
 dicantur. num. 3.

4 **P**œna



4 *Pœna exilij unde sumpsit originem num. 4.*

5 *Peregrini unde omnes dicamur. num. 5.*

6 *Peregrinatio fit multis modis. num. 6. Et tales peregrinantes sunt sub tutela Summi Pontificis, seu Ecclesia, vel Imperatoris. nu. 7.*

8 *Peregrinatio quadam voluntaria & quadam coacta. n. 8.*

9 *Peregrinationes quare lex nostra restrinxit. nu. 9.*

10 *Indulgentijs superioris non gaudet quis, cui non est subditus, nisi eius prælatus det ei facultatem, eas alibi querendi. nu. 10.*

S V M M A R I V M.

Naturales huius Regni, & exteri ab eo quem ordinē debet seruare cū peregrinantur ad Terrā Sanctam, vel aliam peregrinationem.

**I**bi. *Ordenamos y mādamos. De peregrinātibus, Plato. li. 8. de legibus. lanxit, peregrinos, qui in urbem migrarūt, & aliquam artem exercent, habere ius acquirēdi per. 20. annos, à die conscriptionis quo in tempore incolendi,*

1 nullum vectigal soluere cogi debēt, nisi frugalitatis exemplum, nec emptionis, venditionisq; gratia quiquam ærario debere, cum autem viginti anni elapsi erunt, accipere rē suā, & abire debere, nisi ob magnum quoddā beneficium in ciuitatem collatum, digni numero ciuium essent, vt refert Pet. Greg in syntag. iuris libr. 3. c. 8. nu. 20.

Ibi. *Ni peregrino.* Qui peregrinus dicitur Aduena, qui extra suam versatur regionē, ita dictus à peragrando: + & differt ab hospite, quod peregrinus simpliciter eum significat, qui in sua ciuitate non est: hospes verò, qui in aliena ciuitate est. Inde dicimus peregrinas arbores, quæ aliunde ad nos sint aduectus, sic peregrinas aues, peregrinā faciem, quæ à quotidianis nostris differat, & quā apud nos nō simus soliti videre. Inde meretrices, teste Donato, peregrinæ dicebantur, + Terē. in And. Adeò ne est demens ex peregrina? Et sic peregrinari, est per aliena loca peragrando proficisci, ita Calepin. in suo dictionario,

B 3 verbo,

verbo, peregrinus. cum seq.  
 Vnde pœna exillij originē  
 4 fumpfit, † vt quis deiectus  
 à loco per aliena peregrina-  
 retur, & sic postquam deli-  
 quit primus homo, eiecit  
 eum de paradyso, seu loco  
 voluptatis Deus, vt terram  
 coleret. Itaque peregrinus  
 & exul factus à patria, eiuf-  
 que poster. Gen. 3. capit. &  
 cap. Adam. de pœnit. dist. 1.  
 & in cap. inœpitem. 50. dist.  
 hinc omnes peregrini dici-  
 5 mur: † peregrinamur nam-  
 que verè à Domino. 2. ad  
 Corinth. c. 5. hancque vni-  
 uersorum hominum secuta  
 est alia particularis peregrini-  
 6 natio, † quando à loco natiui-  
 tatis, quis in aliam transit pa-  
 triam, ciuitatem, vel coloniã,  
 aliquando ob delictum, vt  
 in exulibus, aliquando ob stu-  
 dium, vel artem aliquã adif-  
 cendam, vt scholares, & offi-  
 ciales menestrales, vel ob adi-  
 piscendã dignitatem, vel be-  
 neficiũ, vt in conferētibus se  
 in Romam, vel ob diuitias  
 tēporales acquirendas, vt in  
 transeūtibus ad Indos, vnde  
 cū profectus quis est peregri-  
 nari videtur, & si redijt pe-

regrinari destitit, vt dicitur  
 in. l. ciues. l. 7. C. de incolis  
 lib. 10. Peregrinari etiam di-  
 citur, qui visitandi loca sacra,  
 aut Sanctorum basilicas cau-  
 sa patriam suam dereliquit.  
 cap. si quis Romi petas. 24.  
 quæstion. 2. quarum con-  
 uentus, qui contēpserit per  
 superbiam, Anathema dicitur.  
 capit. si quis per super-  
 biam. 10. distin. & tales pere-  
 grini sunt in tutela Summi  
 7 Pontificis, seu Ecclesiæ. † c.  
 innouamus. de tregua & pa-  
 ce. capit. vnic. de peregrin.  
 & Imperatoris, vt. l. eos pe-  
 regrini. C. com. de succes-  
 sio. & hæc peregrinatio est  
 voluntaria, illa alia ob deli-  
 8 ctum eo acta, † & in hos mo-  
 dos plures peregrinauerūt,  
 vt optimè per Pet. Gregori.  
 in syntag. iuris. libr. 31. num.  
 1. cum seqq. 2. part. vbi num.  
 4. inquit finem harum volū-  
 tatarum peregrinationum  
 esse, non vt noui quippiam  
 curiositate quadam im-  
 pulsi videamus, aut vetera-  
 rum clauium rudera, obque  
 peregrinati quidam historio-  
 graphi, & quidam nunc an-  
 tiquarij, sed vt labores ob  
 peccata

peccata suscipiatur, vt Diuus  
 Pet. formam constituit. 1.  
 Pet. Epi. cap. 4. Charissimi  
 ( inquit ) nolite peregrinari  
 in feruore, qui ad tentatio-  
 nem vobis sit, quasi noui ali-  
 quid vobis contingat, sed  
 communicantes Christi pas-  
 sionibus gaudete. Et quia  
 multi iam sub hac peregri-  
 norum specie, & sub hoc ve-  
 lamine visitandi basilicas, no-  
 uitates quærebant, & mul-  
 toties delicta committebant,  
 ideò iustè lex nostra peregri-  
 nantibus nostri Regni, &  
 extranei habenas restrinxit,  
 vt sic delicta euitètur, & scia-  
 tur vnde, & quo se conferat,  
 & qui sint. De quibus pe-  
 regrinis habemus titul. fin.  
 part. 1. vbi. l. 1. ponit dictas  
 formas peregrinorum, ibi.  
*Jello del Perlado*, hoc pro cõ-  
 silio dabat Abb. in cap. quod  
 autem. de poenit. & remis.  
 relatus per Nauar. de indul-  
 gen. 31. quæst. pag. 703. nu.  
 15. tom. 3. & hoc quia vt ibi  
 inquit Nauar. num. 13. non  
 gaudet quis indulgentijs su-  
 perioris, † cui non est subdi-  
 tus, nisi suus Prælatas det ei  
 facultatem, eas alibi quæren-

di: & licet Legislator noster  
 hoc prouiserit ob euitanda  
 delicta, vt apparet ex proœ-  
 mio nostræ legis, tamen ab  
 illo dicto Abbatis cautelam  
 hanc desumpsit, & iustè  
 quidem.

In. l. 53. tit. 4. lib. 2.

1 **L** Ex nostra cum. l. 4. supra  
 isto tit. concordatur. nu-  
 mer. 1.

2 *Officia iudicum quibus nam-  
 danda essent. nu. 2.*

3 *Refertur nouū Regij consilij  
 decretum circa obseruantia.  
 l. nostram & similia, præ-  
 terquam circa decimas exe-  
 cutionum, ubi adest consue-  
 tudo, quod correctores ha-  
 beant, cum certis pœnis. n. 3.*

#### S V M M A R I V M.

Correctorum vicarij & sic  
 eorum locum tenentes  
 examinentur & appro-  
 bentur ante in regio con-  
 silio.

**I** Bi, *Mandamos*: ad amplia-  
 tionem. l. 11. tit. 5. libr. 3. fuit  
 hæc facta, & fortassis ra-  
 tione aduertentiæ, quã ibi po-  
 sui in finalibus verbis, sed li-

licet ita seruetur, prout lex nostra disponit, examē hoc fit iam propter formam, & sic illiterati, sicut antea, hoc munus iudicandi exercent, q̄ dolendū est, & sic, vt correctores provideant, & secū deferant hos illiteratos vicarios, paciscūtur cū eis, vt de iuribus suis locum tenēs præstet aliquam partem, contra l. 44. supra isto tit. & libr. in versi. *Transmissio*: qui quidē versiculus non est correctus per legē nostrā, vt male aduertit, hic & ibi subscriptor nouus marginalis: quia lex nostra quoad hunc versiculum nihil disponit, sed quantum ad principium illius. l. 4. vbi iubetur iudicibus ijs & correctoribus iuramentū præstare in consilio Regio, quoad hoc enim lex nostra ultra iuramentum, examen requirit, & sic neque quoad principium illius. l. 4. nostra est correctoria, † sed potius ampliatia, vt scilicet ultra iuramentum debeant etiam examen subire tales locum tenentes in Regio consilio, prout quotidie fit, ita vt lex nostra ampliatia, non verò

correctiua sit illius. l. 44. præsertim quoad dictum versiculum. *Transmissio*, qui est ampliatius dictæ. l. 10. tit. 5, libr. 3. infra. in quantum ibi iubetur, quod salaria locorū tenētium taxentur per Præsidentem & auditores consilij, & inscribantur in titulis & provisionibus officij datis correctori: & si sic fieret maxima redundaret utilitas: nam cum id correctoribus non iubeatur, neque in provisione eorū inscribatur taxatio, correctores quærunt locum tenentes ad sui libitum & à quibus non solum partem suorum iurium percipiūt, sed etiam quantitatem pecuniæ extorquent ab eis, vt eos secum deferant, & quia horum examen est leue, & tale, quod etiam non literatus homo subire posset, etiā nunc illiterati sunt locum tenentes, & provisio nostræ legis inutilis redditur, ideo hæc officia aduocatis cognitis & Deū timētibus & diuitibus, vel saltim non pauperibus essent danda, & inuitis, & nō petentibus, & salaria congrua essent assignanda. † Secun-

cundum quod dicitur in. d. l. 10. aliter enim, vt ibi dicitur gubernatio populorum periclitatur, & Regis consciētia non exoneratur, prout ibi exonerandā disponitur. De quo nouissimè post hæc plura dixit Castillo in sua politica de corregid. libr. 1. cap. 14. nu. 20. cum seqq. vbi nu. 30. ponit nouum decretum Regij consilij, in quo leges nostræ circa hoc iubentur seruari, in omnibus, exceptis iuribus decimarum debitarū in negocijs executiuis, quarum decimarum iura possunt correctores percipere in locis, vbi id de consuetudine habetur, & non aliàs sub pœna priuationis officiorū & inhabilitatis ad alia officia, & quadrupli pœna fisco applicanda talium iurium sic perceptorum. Ex quo decreto colligitur id fieri posse in locis solummodo, vbi id de consuetudine habetur: sed & in illis deberet prouideri, vt de decimis illis aliqua pars daretur ipsis Alguazellis, si forte eorum salarium esset paruum, nè fame perirent, & nè cogerētur furari.

In. l. 54. tit. 4. lib. 2.

S V M M A R I V M.

Iniungitur Regio consilio quatenus curam habeat, vt seminaria fiāt, secundū quod disponitur in concilio Tridentino.

Ibi, concilio Tridentino, session. 23. de refor. c. 18. vbi additio marginalis alia concilia de hoc allegat.

In. l. 77. tit. 5. lib. 2.

- 1 **P**rior in tempore potior est in iure. num. 1.
- 2 *Seruitus Realis dignior personali iudicatur. n. 2.*
- 3 *Ius gentium dignius civili iudicatur, ex eo quod prius fuit institutum. num. 3.*
- 4 *Adam tamquam prior formatus Eva antestat. nu. 4.*
- 5 *Monachi quare præstet canonicis. nu. 5.*
- 6 *Nobilior & dignior eo quis habetur, quo antiquior dignitas, atque nobilitas eius apparet. nu. 6.*
- 7 *Antiquior in gradu an præferatur nouiori. num. 7. Et quid si nouior maiorem gradum,*

B 5 dum,

## Commentaria ad leges

*dum, vel ordinem habeat.* 4  
*num. 8.*

9 *Præferendus est ille in digni-*  
*tatibus, qui eam primo fuit*  
*adeptus. num. 9. & num. 10.* 5  
*ampliatur.*

11 *Antiquitas per unū momē-*  
*tum consideratur. nu. 11.*

12 *Gratia prior est attenden-*  
*da. num. 12.*

### S V M M A R I V M.

Lites in cōsilijs & in chācel-  
larijs Regijs per antiquita-  
tem expediuntur.

**I**bi, *Y se vean por su anti-*  
*guedad.* Potius enim est ius  
illius, qui est prior in tempo-  
re. + l. fin. in fin. c. qui poti. in  
1 pig. hab. reg. qui prior. de re-  
gul. iur. in. 6. Indeque fit, vt  
dignior seruitute reali serui-  
2 tus personalis iudicetur, + ve-  
luti prius inuenta. l. 2. ibique  
glo. 1. ff. si ser. ven. signo. cōf.  
2 3. col. pen. circa fin. Eadem  
ratione dignius iure civili ius  
gentium existimatur, + quod  
3 prius institutum sit. l. 1. ff. de  
acq. rer. dom. §. singulorū.  
instit. de rerum diuis. Paulus  
Castren. in. l. 1. §. 1. nu. 5. ff. de  
acq. pos. Adam, etiam idcir-

co Euæ antestat, + quod for-  
matus prior est. 1. ad Timot.  
c. 2. eademque ratio facit, vt  
canonicis Monachi præstēt,  
+ quia antiquius Monachorū  
5 institutum est, glo. & DD. in  
cap. quorundam. de electi.  
in. 6. Deci. in cap. auaritiæ.  
col. 1. in fin. de præb. & in  
vniuersum eò dignior, nobi-  
6 liorque is habetur, + quo  
antiquior dignitas atque no-  
bilitas eius apparet. l. 1. ff. de  
albo scrib. l. 1. §. quibus. de no-  
uo eod. faci. l. tam dementis.  
& auth. seq. C. de Epis. aud. l.  
2. C. vt dig. or. ser. l. 1. C. de  
conlu. libr. 12. glof. & DD.  
in. l. cum quid. ff. si cert. pet.  
Ruin. consi. 19. nu. 9. libr. 1.  
Locumque idetiam obtinet,  
cum maior gradu aliquo is  
est, qui posterior ad dignita-  
7 tem peruenit. + c. statuimus  
ibique Innoc. versi. & licet  
ante constitutionem. de ma-  
io. & obed. vbi consuetudine  
contraria cessante, potior  
eius causa habetur, qui prius  
receptus in clericā est, quā-  
uis ordinibus maioribus præ-  
8 ditus clericus posterior sit, +  
& in hanc sententiam addu-  
cit Innoc. Decius. consi. ibi.  
post

post princip. versi. secundo  
 Dominus. vbi prærogatiuã  
 hanc temporis ex maiori po-  
 sterioris censu, aut nobilitate  
 filere nõ putat, ibiq; dictum  
 illud Innoc. dictu memoratũ  
 ait. Quo fit vt in sensum dicti  
 text. Roma. offenderit, sing.  
 691. maior ordine. & gloss.  
 in cap. Isidorus. & in capit.  
 sexta synodus. 16. dist. quam  
 etiam receptam moribus nõ  
 esse testatur Boeri. de autho.  
 mag. consi. num. 92. & nu.  
 81. & sic etiam in dignitati-  
 bus ille præferendus, qui pri-  
 mo ipsam adeptus est. †. l. ho-  
 nores. de decurio. l. fin. vbi  
 Bart. C. de tyron. libr. 12. l. 1.  
 §. quibus. ibi. quod ordo tem-  
 porum. C. de noua. Bart. &  
 moder. l. 2. §. prius. ff. de vul.  
 & pup. l. 1. C. vt dig. or. ser.  
 lib. 12. l. 1. C. de consu. eo. libr.  
 Abb. in cap. dudum. col. 1. de  
 electi. & in cap. cum olim. de  
 consue. in primo not. gloss.  
 & omnes in cap. Episcopos.  
 17. dist. l. 1. & 2. C. de præf.  
 præf. libr. 12. cum concor.  
 de quibus etiam per las. cõsi.  
 192. num. 2. versi. moueor.  
 vol. 2. quæ ad hoc refert Ty-  
 ber. Decian. resp. 19. nu. 183.

cum seqq. vol. 3. Id ampliã,  
 etiam si posterior tempore  
 in reliquis esset maior & dig-  
 nior ratione ordinis, faculta-  
 tis aut honoris, † ex illo dicto  
 10 Innoc. in dict. cap. statuimus.  
 quem omnes sequi, & ita pra-  
 cticari inquit ibi ipse Decia-  
 nus. dict. numer. 5. vbi idem,  
 etiam si ille, qui posterior est  
 esset maior ætate, ex Ruino.  
 consi. 19. numer. 9. vol. 1. &  
 las. consi. 192. vol. 3. & De-  
 cio. dict. consil. 161. Vides  
 igitur quomodo antiquitati  
 defertur, vt sic iustè lex no-  
 stra per antiquitatem lites  
 expediri disponat: & hæc  
 antiquitas attendatur, non  
 verò magnitas litis, & hono-  
 res litigantium, neque etates  
 eorum: & hæc antiquitas,  
 etiam per vnus horum spaciũ,  
 & minus nanciscitur, & at-  
 tenditur, & etiam per vnum  
 11 momentum, † secundũ glo.  
 in. c. duobus de rescrip. in. 6.  
 communis, secundũ Calsia.  
 decis. 20. de præben. & glos.  
 in. l. si ex pluribus. §. si. ff. de  
 solutio. & sic gratia prior est  
 attendenda, secundum text.  
 in. c. si à sede. de præben. in. 6.  
 & sic inquit Rebuf. in tract.  
 de

## Commentaria ad leges

de pacifi. pos. num. 299. in antiquis. quod cautela est, vt de certa hora probatio fiat per testes & valebit, quicquid & male ibi contrarium voluerit, de quo & antiquitatis prerogatiua multa diximus in consilio meo de pluribus canonicis spectantibus, siue ventosis inuicem concurrētibus, pro adimplerone tituli.

In l. 78. tit. 5. lib. 2.

**D**ictio, non, si praecedat verbum potest, adimit potentiam. num. 1.

### S V M M A R I V M.

Præsidentes, ac Auditores Regij, & iudices Cancellariarum bonarum deposita per inferiores facta non possint apud se deferri iubere, etiam si lites eorum ad eos per appellationem deferantur, neque possunt mittere homines ad loca, vbi deposita existunt, pro eorum bonorum administratione, nisi de consensu partium litigantium.

Ibi, *No puedan*. Iurisdictionē eis adimūt haec verba, nam

impossibilitant hos iudices haec facere: dictio enim, non, si praecedat verbum potest potentiam adimit, vt diximus in l. 5. supra eo. sub. l. 55. Tauri, & similibus mulieribus uxoris prohibentibus contrahere sine maritorum licentia.

Ibi, *A donde ellos residierē*. Et iustissimē, aliter enim magnas lites, & in eis prosequendis magnas expensas fieri faciunt, quae euitandae sunt, quod est optimum pro spolijs Episcoporum, qui iam per iudices ordinarios civitatis, vbi vel in cuius districtu moriuntur faciunt secretari & deponi, vt talia bona iam non deferantur ad curiam mandato dominorum Præsidentis & Auditorum consilij, prout aliquando vidi iussum in maximum perniciē bonorum spolijs, sed fortassis fuit factum: quia partes id voluerunt, eis tamen nolentibus nullo modo est faciendum.

In. l. 79. tit. 5. lib. 2.

### S V M M A R I V M.

Præsidentes, & Auditores  
Can-



Chancellariorum nō pos-  
sunt se intromittere ad cog-  
nosendum de venditis,  
per consilium patrimo-  
nij Regij, & lites penden-  
tes ei remittantur.

In l. 16. tit. 6. libr. 2.

S V M M A R I V M.

Sed deinceps iudices domus  
& curiæ adsint, & ordo  
ab eis obseruandus in cog-  
nitione negotiorum cau-  
sarum civilium & crimi-  
narium describitur, &  
eius expositio nouā for-  
mam constituit, & auget  
numerum horum iudi-  
cum.

In l. 17. tit. 6. libr. 2.

S V M M A R I V M.

Iudices curiæ in gradu appel-  
lationis possunt vsque ad  
quantitatem centum mil-  
le morapetindrum cog-  
noscere in negotijs civili-  
bus, in quibus antea vsque  
ad quinquaginta mille mo-  
rapetinos cognoscebant  
in dicto gradu, & est am-  
pliatiua legis præcedētis.

In l. 19. tit. 10. libr. 2.

- 1 **D**E recusatione iudicū  
superiorum, remissive.  
nu. 1.
- 2 Recusatio quando in casu. l.  
nostra sit opponēda, & quid  
antea. num. 2.
- 3 Iuramento standum est in  
ijs quæ animo consistunt. nu.  
3. ubi limitatur.
- 4 Casus. 37. remissive in qui-  
bus iuramento alicuius sta-  
tur. num. 4.
- 5 Recusationis vera causa in  
casu nostra. l. quomodo pro-  
betur. nu. 5.
- 6 Ecclesia vel minor, an in ca-  
su. l. nostra post conclusum  
in casu admittatur ad recu-  
sandum autorem. nu. 6.
- 7 Iudex recusatus, an regulari-  
ter possit interrogari de veri-  
tate cause recusationis. nu-  
mer. 7. Et ibi coram quo  
iudice sit interrogandus, &  
quando respondere tenea-  
tur.
- 8 Testis non punitur ex turpi-  
tudine per eum in suo dicto  
delicta. num. 8.
- 9 Recusatio, appellatio, & re-  
latio à pari procedunt. nu-  
mer. 9.

10 Gesta

## Commentaria ad leges

- 10 *Gesta per iudicem post recusationem, an sit nulla ipso iure, vel annullanda veniant mediante appellatione. nu. 10.*
- 11 *Consanguinitas, vel affinitas in casu. l. nostra, quomodo sit verificanda. nu. 11.*
- 12 *Recusatio ex causa affinitatis, vel consanguinitatis, non procedit quando index utriusque est coniunctus. nu. 12.*
- 13 *Recusatio ex causa consanguinitatis vel affinitatis, usque ad quem gradum procedat. nu. 13.*
- 14 *Recusatio ex leui causa conceditur. nu. 14.*
- 15 *Conclusio quod recusatio procedat ex causa affinitatis, vel consanguinitatis quatuor modis limitatur. n. 15.*
- 16 *Par affectio tollet suspicionem. num. 16.*
- 17 *Papa respectu consanguinitatis, vel affinitatis, non recusatur. nu. 17.*
- 18 *Amicitia nimia est iusta causa recusationis. numero. 18. Et idem de inimico et odium habente. nu. 19. Etiam non capitalem, sed simplicem, qua iudices arbitrio committitur. ibid.*
- 20 *Excipere potest contra inimicum suum de inimicitia qui fuit eius causa. nu. 20.*
- 21 *Inimicus non solum dicitur qui habet apparentia signa odij, sed etiam qui habet causam odij sine signis, etiam si ostendat amare. n. 21.*
- 22 *Inimicus nouiter reconciliatus potest repelli et recusari. nu. 22.*
- 23 *Inimicitia procurata per recusare volentem nihil prodest. nu. 23.*
- 24 *Causa inimicitia aut amicitia ad recusandum est exprimenda. num. 24. Et ibi quod debet esse manifesta et non dubia.*
- 25 *Inimicus nemo presumitur. nu. 25.*
- 26 *Amicitia maioris est potestatis quam fraternitas. n. 26.*
- 27 *Recusationis plures causas, remissive. nu. 27.*
- 27 *Iudices premaxime maiores debito honore sunt honorandi. nu. 28.*
- 29 *Iudices dicuntur esse indignitate et qui. nu. 29.*
- 30 *Delegationes Apostolica quare canonicis et existentibus in dignitate fiat. n. 30.*
- 31 *Recusans malitiose delictum committit. num. 31.*

## S V M M A R I V M.

Ordinem seruandum in recusatione Dominorum de consilio Pæsidentium, & Auditorum, & iudicū Chancellariarum, declarat lex nostra.

**I**bi. *En que disponē las otras leyes por nos despues hechas.* Quas in hoc tit. 10. reperies, de quibus recusationibus, + vide Couar. in pract. capit. 26. per totum.

**I**bi. *Respeto a la vista lapso y transcurso de los treinta dias despues que se començare a ver el pleyto.* Et sic licet antea ante litis cōtestationem debeat 3 opponi, vt per Lanfran. in tract. de recusati. in prin. in 1. parte tomi. 3. tract. diuers. Doct. & Maran. in pract. tit. de appel. nu. 25. & post conclusionem fieri non poterat, vt tractat Præposi. in. c. cum speciali. num. 22. de appella. Ex lege tamen nostra, etiam post conclusionem in causa admittitur: dum tamen intra 2 triginta dies postquam lis incepta est videri, + proponatur recusatio dictorum consiliariorum, Auditorum, &

iudicum hic expressorum, nam quoad hūc recusationis effectum, lex nostra visionē processus & lapsum tēporis pro cōclusionē esse disponit.

**I**bi. *Y prouādose en este vltimo caso.* Intellige probandū esse in hoc vltimo casu, quod causa recusationis proposita sit vera: nam quoad illud scilicet, quod de nouo deuenit in notitiam recusantis per ipsius iuramentum erit hoc probandū, ex l. nostra in præcedentibus verbis, & ex l. sequente clarius disponitur, in ijs enim, quæ consistunt in animo standum est 3 iuramento, + ex glos. in. l. 1. versi. vsus. ff. de itin. ac. priua. & glos. in. §. sed istæ quidem. instit. de actio. vbi las. nu. 88. cum seqq. aliquibus, aliās allegat, & præsertim glos. in cap. significasti. 1. de homicid. & ibi Felin. num. 1. cum seqq. limitat. & Abb. in cap. nouit. nu. 54. de iudi. vbi additio. litera. C. eam declarat. & Anto. Gom. de delict. cap. 3. num. 26. & iterum ibi in cap. fin. nu. 1. & 2. & in. d. nu. 26. intelligit, nisi sit præsumptio in contrarium. Item intellige

## Commentaria ad leges

intellige, nisi probetur con-  
trarium, prout probari po-  
test secundū dictos DD. præ-  
sertim Ias. vbi supra. nu. 92.  
& Auiles. c. 52. Præto. num.  
12. fol. 255. & triginta sep-  
tem casus vbi statur iura-  
mento alicuius, + vide per Ca-  
4 fan. in consue. Burgun. rubr.  
1. Saicleum Comet. num. 171.  
cum seqq. pluribus. fol. 60.  
col. 4. cum. 3. seqq. & Socin.  
in reg. cōscientia. & Hippo-  
lyt. sing. 635.

Ibi. *Por la confessiō del juez.*  
Intellige recusati, qui sub iu-  
ramento declarabit sit, vel  
5 nē verā recusationis causa, +  
non verò alijs probationibus  
id iustificabitur, vt inquit  
Couarr. in pract. 26. cap. nu.  
3. Sed an sit causa recusatio-  
nis orta & nata ante conclu-  
sionem, id testibus probari  
poterit, secundum Couar. in  
eo. cap. 26. nu. 3. vbi num. 4.  
6 + an Ecclesia vel minor ad-  
mittetur post conclusionem  
ad recusandum auditorem.  
Sed an regulariter iudex re-  
cusatus possit interrogari de  
veritate causæ recusationis,  
7 + Aufredius in tract. de recu-  
sa. num. 46. tomi. 3. part. 1.

diuersorum, inquit, quod sic,  
& se vidisse sæpenuero id  
fieri, imo communiter in par-  
lamento, quando Præsidents,  
vel consiliarius recusantur,  
& allegat ad hoc glos. in cap.  
1. de exceptio. versi. siuē cō-  
fessi. in fine. vbi dicit, id corā  
arbitris debere confiteri, &  
sic coram illis, qui de causa  
recusationis debent cognos-  
cere: & inquit ibi Aufredi.  
quod si quærat de causa,  
quæ crimen non inducit, te-  
netur respondere, sed si de  
illa, quæ crimen induceret,  
non tenetur, idque fundat  
ex eo, quod communiter di-  
cit teneri, quod testis non te-  
netur respondere ad illud,  
per quod sua turpitudine dete-  
gatur, & reueletur, & quod  
idem est in iudice recusato:  
sed hæc licet ita sint, non vri-  
que debet res indecisa rema-  
nere, sed vel debet haberi  
pro recusato iudex hic si nol-  
lit causam dicere, vel debet  
cogi illam manifestare: tum  
quia, dixi in. l. 2. tit. 8. lib. 4. su-  
pra num. 15. testis non puni-  
tur ex turpitudine detecta  
8 per eum in suo iuramento: +  
tum etiam, quia si aliquod  
fieret

fieret esse occasio, vt iudices recusationem contra eos propositam euadere possent, & inutilem reddere, & partem coram iudice suspecto litigare, quod esset maximū inconueniens, & damnum magnum parti recusanti sequeretur.

Ibi. *No lo pueda hazer sino por causas nueuamente nacidas despues de la sentencia de vista.* In gloss. præcedenti hæc & sequentia verba remanent intellecta, & vide Maran. vbi supra. nu. 74.

Ibi. *Y lapso de tiempo.* Scilicet. 30. dierum in princ. legis huius assignatorum.

Ibi. *No embargante la pendēcia de la dicha recusacion.* Et hoc ob bonum commune, nè lites protrahantur, & vt libus sit finis, in quo consistit fauor publicus, & calumniis occurratur, quæ possent excitari si recusatione facta lis cessaret, nec videretur processus, & sic est casus in præfenti limitatiuus regulæ iuris, qua probatur recusationem, 9 appellacionem, ac relationē à pari procedere, vt per Hosti. & Io. And. in. c. legitima

verb. assignata, de appel. in. 6. not. omnes maximè Fran. in rubr. de appella. extra. ad eò, vt in disputationem vertatur, per DD. an sit nulla ipso iure gesta per iudicē post recusationē, + vel annullāda mediā te appellacione, de quo per Lācello. de attētatis. 2. par. c. 6. per totū. vbi in. c. 8. proponit dictam equiparationem, recusationis, appellacionis, & relationis, de quo & diximus in. l. i. tit. 16. nu. 8. cum seqq. libr. 4. supra. & Maran. in pract. in. 2. actus. de appel. numer. 24. præsertim quia nihil damni obuenit parti recusanti attenta dispositione nostri text. scilicet, quod si viso processu reperiatur, causam recusationis esse veram alij iudices pronuntiabunt, sit minus ipse cum eis, licet non cesset ex toto damnum, eò quòd recusatus, dum processus videtur & visioni assistit multa posset aduertere contra recusantem, quæ posset postea ei esse damnosa.

Ibi. *Otroso mandamos, que si del auto:* Pro horum verborum declaratione vi-

C denda

## Commentaria ad leges

denda sint dicta in glossis precedentibus.

Ibi. *Sea obligado a declarar en particular el grado del tal parentesco, o afinidad, y el medio y causa donde viene.* Et sic declarandum est secundum tenorem † c. licet. ex quadam. de testibus. cum tex. hic requirat medium, & causam, & sic caput & medias personas à quo & per quas consanguinitas, vel affinitas prouenit: & hæc fundantur ex capite. postremo. de appella. & in capite. accedens. 2. vt lite non cont. adeò vt etiam si procedant ex damnato coitu debet verificari hæc consanguinitas, vel affinitas, & habet locum recusatio, secundum Aufredi. de recusatio. num. 3. Et hoc nisi sit vtrique parti æqualiter coniunctus: quia tunc non habet locum recusatio hæc, † vt per Maran. vbi supra. nu. 29. & 30. sed vsq; ad quem gradum habebit locum hæc recusatio, & in hoc Aufred. vbi supr. nu. 4. inquit cū glo. in. d. c. postremo. recusationem ex causa consanguinitatis, vel affinitatis habere

locum, vsq; ad gradum succedendi ab intestato, † qui cum hodie sit decimus, tam in agnatis, quam in cognatis. ex. S. fi. instit. de legi. agn. succes. & cognati sunt redacti ad instar agnatorum, vt in. S. nullā. in auth. de hære. abint. venien. vsq; ad decimum gradum locum habebit recusatio, nisi aliud in vltiori gradu sit de consuetudine: nam tunc consuetudo seruabitur, secundum illam glo. cessante vero consuetudine seruabitur decim<sup>9</sup> gradus illius glo. quam opinionem communem appellat ibi Aufredi. & sequitur Meno. de arbit. lib. 2. casus. 153. vbi nu. 6. inquit se putare qd iure civili inspecto, vsq; ad decimum gradum, abinde verò arbitrio iudicis relinqui perpensa personarum qualitate, & mutua inter eos affectione, quod arbitrium iudex faciliter præbebit, si de consuetudine, aliquid, vel de stylo tribunalis sit circa hoc inductum, cum recusatio ex leui causa concedatur. † c. cum. R. canonicus, vbi gloss. de offi. deleg. Hæc tamen conclusio, quod ex causa consanguinitatis, vel

- vel affinitatis habeat locum recusatio, limitant, quatuor modis Aufred. & Mench. 19
- 15 vbi supra, vt non procedat. † Primò si iudex ille est vir integerrimus & religiosus valde, quod nota, vt scias, quot commoda ex vitæ integritate resultant etiam in temporalibus, & contrario quot damna. Secundò non procedit dicta conclusio, cum iudex habet parem coniunctionem cum vtroque litigante: nam par affectio tollit suspicionem. † l. non solum. §. denuò. de ritu nup. Tertio nisi causa esset leuis ponderis. Quarto limitat Aufred. vt non procedat in Papa, qui etiam prætextu consanguinitatis, vel affinitatis recusari non potest, † ex gloss. in capit. primo, in fine. de conces. præb. in. 6. Hostien. Sicul. & Ioan. And. in cap. querela. de electione. & alij allegati per Aufredi. vbi supra. nu. 6.
- 16 Ibi. *De amistad, o enemi-*
- 17 *stad.* In nimis amico est tex. in capit. ad hæc. de rescrip. cap. cum. R. canonicus. & ibi Siculus de offi. del. c. accusa- 20
- tores. 43. q. 5. l. vni. C. si quacun. præd. pot. & de inimico & odium habente, † est text. in. c. cum super secundum intellectum. glos. de offic. dele. not. Specul. & relati per Maran. in pract. tit. de appella. numer. 35. vbi allegat. Filip. Fran. in. d. c. postremo. col. 9. vers. 32. de appella. dicentem sufficere quamlibet inimicitiam, etiam non capitalem, & facit text. noster pro hoc, dum non capitalem, sed simplicem inimicitiam considerat: & insuper amicitiam, dum tamen exprimaturs causa inimicitiae, vel amicitiae specialiter, & determinatè: & idem tenet Aufredi. d. nu. 26. & sic inquit Meno. de arbit. libr. 2. casu. 110. inimicitiam iudicis arbitrio cõmitti, & Aufr. d. n. 26. & talẽ inimicitia procedere à partib⁹, vel à tertio. ex falsa, vel vera causa nõ est incipiendum secundum eosdem, ex Innoc. in. c. cum. I. & A. de re iudi. Sufficit enim quod tale quid præcesserit, quod habuerit prouocare animum alterius ad inimicitiam. l. 1. ff. de ijs qui. vt ind. vbi Bartol. vnde

## Commentaria ad leges

ille, qui fuit causa inimicitiae,  
 20 + potest excipere contra ini-  
 micum suum de inimicitia,  
 vt vult Archid. in cap. statu-  
 tum. de rescrip. in. 6. argum.  
 l. nec timorem. ff. quod met.  
 caus. licet gloss. aliter sentiat,  
 in cap. vt debitus. de appella. 24  
 ita Aufred. vbi supra. num.  
 26. vbi nu. 27. inquit quod  
 21 nedum dicitur inimicus, +  
 qui habet apparentia signa  
 odij: sed etiam qui habet cau-  
 sam odij sine signis, etiam si  
 ostendat amare, secundum  
 Innoc. in dict. cap. cum. l. &  
 A. Imo & inimicus nouiter 25  
 reconciliatus potest repelli,  
 22 & recusari, + secundum Au-  
 fred. ibi num. 26. & Maran.  
 in dict. tit. de appella. nu. 64.  
 Nam inimicitie effectus per  
 reconciliationem non cen- 26  
 setur sublatus, vt per Meno.  
 de praesumptio. libr. 1. quaest.  
 89. numer. 57. & haec vera  
 sunt. Dum tamen inimici-  
 tia non sit procurata per re- 27  
 cusare volentem: nam tunc  
 23 nihil prodesset +, quod iu-  
 dicis arbitrio relinquen-  
 dum inquit Aufred. dict. nu-  
 mer. 26.

Ibi. *A declarar y espressar*

*en particular las causas y me-  
 dios de la dicha amistad, o ene-  
 mistad.* Debet enim expri-  
 mi causa inimicitiae, vel ami-  
 citiae, nec sufficit generali-  
 ter dicere esse intimum ami-  
 cum, vel inimicum capita-  
 lem, + secundum Ioan. And.  
 Domi. & Additio. Specul. re-  
 latorum & secutos per Aufred.  
 d. nu. 26. debetque esse inimi-  
 citia manifesta, & non du-  
 bia. l. non distinguemus. §.  
 cum quidam. ff. de arbit. ne-  
 mo enim praesumitur inimi-  
 cus, quia est contra ius natu-  
 25 rale. + l. vt vim. ff. de ius. &  
 iure. & faciunt dicta per  
 me, in l. 2. tit. 8. numer. 1. lib.  
 4. supra, & recusatur ami-  
 cus, quoniam amicitia ma-  
 ioris est ponderis, quam fra-  
 26 ternitas, + secundum Alberi.  
 in l. sed & haec. ff. de procura.  
 Menoch. de praesump. libr.  
 4. praesump. 75. & plures  
 alias recusationis causas nu-  
 27 merat + Aufredi. vbi supra,  
 & Marant. in pract. titul. de  
 appellat. numero. 24. cum  
 seqq. pluribus. & per Doct.  
 maximè Praeposi. in cap. po-  
 stremo. de appell. Nam cau-  
 sae in nostra lege expresse nõ  
 arctandi,



arctandi, sed exempli causa  
apponuntur.

Ibi. *Se pongan honestamente*, Iudices enim præmaxime maiores debito honore  
28 honorandi sunt, + ex text. in cap. vt debitus. de appella. & l. fin. C. quando prouo. non est neces. ex quo Præposi. in dict. cap. vt debitus. num. 2. inquit, quod esse iudicem est honor, & quod ob  
29 hoc dixit ibi gloss. notab. + quod iudices dicuntur esse in dignitate, ibi tamen hoc intelligit in ordinario, non in delegato. l. munerum. §. iudicandi. ff. de muner. & hono. Nam potissimum in-  
30 signe dignitatis est præminencia cum iurisdictione. c. de multa. & ibi Ioann. & alij, de præben. Delegatus autem non habet iure suo, sed alterius iurisdictionem, sicut ordinarius, + & propterea inquit ibi Præposi. quod fiūt delegationes Apostolicæ existentibus in dignitate & canonicis cathedralibus, & dixi in l. 7. titul. 9. libr. 3. supra. numer. 8. sed licet esse iudicem sit honor, est etiam onus respectu

laboris adhibendi in administratione iustitiæ, vt per Præposi. vbi supra.

Ibi. *Aunque la parte contraria del que recuso consienta la recusacion, esto no basta.* Nam cum agatur de præiudicio honoris auditoris recusati nimirum si non sit in partium potestate ab ea resilire postquam proposita est, vel ei consentire, præmaxime, quia si eam non probat incurrit recusans pœnam à legibus nostris propositam, & deliquit, + recusando malitiose si causa non est probata, & in delictis non est locus pœnitentiæ ad euitationem saltim pœnæ ob delictum imponendæ.

In. l. 32. titul. II. libr. 2.

1 **A**ppellatio in causa gabellarum ad quos iudices sit interponenda. num. 1.

2 Punctuationes, vulgò, apuntamientos, gabellarum vim legum habent. numer. 2.

3 Specialis dispositio non est cœ-

C 3 sum

## Commentaria ad leges

*sum per generalē tolli. n. 3.*  
4 *Species ubi præcedit genus  
semper videtur à genere ex-  
cepta. num. 4.*

### S V M M A R I V M.

In qualibet & in vnaquaque  
audientiarum siue Chæce-  
lariarum Pintiaë & Gra-  
nataë adsint iudices nobi-  
lium, qui cognoscant de  
negotijs nobilitatis & ga-  
bellarum. Sicque cesset  
exercitium notariorum,  
& erum locum tenen-  
tium. Et dicti iudices sibi  
non percipiant Duplas,  
sed Cameraë Regiæ ap-  
plicentur.

**I**bi. *Alcaualas*. Hic videtur  
probari super negotijs ga-  
bellarum in gradu appella-  
tionis cognosci posse per iu-  
dices *De hys dalgo*, in Chan-  
celarijs Pinciaë, & Granataë,  
prout antea solebat cognos-  
ci per eorum vicem geren-  
tes, & notarios. Sed videtur  
legem nostram in hoc esse  
correctam per cap. 19. no-  
uarum punctuationum, ad  
quaternum gabellarum fa-  
ctarum, quo quidē disponi-

tur, à sententijs super gabel-  
lis latis omnino (& priva-  
tiuè ad alia tribunalia) esse  
appellandum ad consilium  
Regium maioris calcula-  
tionis: + nam lex nostra fuit  
in anno. 1572. constituta  
& publicata: punctuationes  
vero illæ in anno. 1575. &  
sic tamquam nouiores cor-  
rigere in hoc legem nostrā:  
punctuationes enim illæ vim  
legum obtinere, + in libr. 9.  
Recopila. dictum reperies.  
Quid verò erit in hoc di-  
cendum, in quo teneo ces-  
sare correctionem & esse  
euitandam, ex eo quod lex  
nostra est specialis, capitu-  
lum vero illud. 9. generali-  
ter disponit, & sic per ge-  
neralem dispositionem non  
est censendum nostram spe-  
cialem corrigi, + sed potius  
declarari, vt in casu nostro  
lex illa generalis non pro-  
cedat, ex doctrina gloss. com-  
muniter approbatæ in. l. i. C.  
de silentiar. libr. ii. & ex re-  
gula. generi. de regul. iur.  
in. 6. & ibi DD. & quia ubi  
species præcedit genus, vt  
hic, semper species videtur  
à genere excepta, + ex text.  
& ibi

& ibi DD. maxime Ias. in. l. doli clausula. ff. de verb. obli. & sic iudicib<sup>9</sup> de quibus hic non videtur adempta iurisdic-  
tio per illud. c. 9. dictarum punctuationum: Et quia lex nostra & alia contenta in hoc quaterno additionatiuo ad leges Recopilationis nostrae mandato Regio iussu fuit, vt adderetur & promulgaretur anno Domini 1580. & sic videtur quod lex nostra sit nouioris temporis, quam illius. c. 9. dictarum punctuationum, & consequenter, q non sit per illud. c. 9. correctata, sed potius sit declaratiua & limitatiua illius capituli.

Ibi. *Y de Notarios.* De quibus in. l. i. tituli sequentis agitur. & sic lex illa per nostram remanet correctata, vt ibi aduertit subscriptio marginalis, & sublatum est iam exercitium horum notariorum, & eorum locum tenentium.

Ibi. *No ay an, ni lleuen las doblas.* De quibus antea disponebatur in. l. 22. cum tribus seqq. supra isto tit.

In. l. 25. tituli. 5. libr. 3.

S V M M A R I V M.

Correctores adimpleant id,

quod per leges Regias statutum est circa custodienda registra tabellionum mortuorum.

Ibi. *Las leyes.* De quibus in. l. 24. tit. 25. libr. 4. supra. vbi diximus.

In. l. 41. tit. 6. libr. 3.

S V M M A R I V M.

Iudices ordinarij loca suae iurisdictionis non visitent in mensibus Iani, Iulij, & Augusti.

Ibi. *Los juezes ordinarios.* Ex his colliges iudices ordinarios, & sic locum tenentes correctorum, qui ordinarij iudices sunt, + vt diximus in. l. n. tit. 9. n. 9. li. 3. supra. poterunt haec loca visitare, + in alijs mensibus, qua hic exceptis, terminos tamen solus corrector potest, vt diximus in. l. 16. tit. 5. & in. l. 6. tit. 6. supra libr. 3. ex Auend. c. 4. Præto. nu. 43. & 44. libr. 1. & nouissime Castillo in. lib. 5. suae politicae correcto. c. 9. nu. 13. & 14. qui tamen ibidem in. c. 10. nu. 15. inquit hodie terminos & villas exemptas posse per hos locum tenentes fieri.

C 4

Ibi.

## Commentaria ad leges

Ibi. *Iunio, Julio, y Agosto.*  
Verba hæc incitarunt iudicū cupiditatem cum ijs mensibus sint per legem cerciorati Rusticos panem habere potius tunc quàm alio in tēpore, & sic sicut pisces ad hamum, certi sunt iudices visitādo isto hoc tēpore, vt melius condemnationes ab ipsis recuperent, quas alijs in mensibus visitantes non ita faciliter recuperarent, quas ob res in mensibus ijs prohibitis visitant potius, quam in alijs anni iudices ordinarij, & præmaximè iudices illegitimi, *Vulgo de la Mesta*, nūcupati id faciunt: nō est enim congruum (ad id obuiandū) remedium nostri text. scilicet, quod dabuntur in Regio consilio prouisiones nē id fiat: + nam à tali prouisione supplicant, vis & amplius colore in iustissimarum responsionum quæsito, vt interim visitationem perficiant, vt sic nullius sint effectus prouisiones prædictæ, & intentum suum cōsequantur, quod est implere bursas pecunijs, iustitiam autem facere, longe est ab eis, & ideò maximis pœnis pecuniarijs

& priuationis officiorum, & restitutionē damnorū & expensarum essent afficiēdi iudices ij legis nostræ dispositionē violantes, vt alicuius esset utilitatis.

Ibi. *Y los del nuestro Consejo den las prouisiones necessarias.*  
Addēda est lex hæc alijs multis per me relatis, in meo repertorio, *De Cortes y premativas*, quod dū iuuenis essem feci & typis excussi Regis priuilegio, vbi in eius lib. 2. congeffi plures leges & curiarum capitulo iubentes dari in Regio consilio has prouisiones in casibus, ibidem descriptis.

In. l. 27. tit. 7. lib. 3.

**T**hesaurarij & depositarij multum solent partibus vexare & in quibus.  
num. 1.

### S V M M A R I V M.

Iudices syndicatores syndicare etiam debent thesaurarios gabellarum & depositarios generales Populorū.

Ibi. *Mandamos.* Salubris est, ac necessaria dispositio, & cū maxima diligentia esset

1 esset hæc syndicatio capienda, thesaurarij enim & depositarij maxime solent partes vexare, † in solutione reddituum & rerum eis debitarum, tam in dilatione, quam in xeniorum, & numerum petitione, & in solutorum numerorum qualitate: solent enim in infima soluere moneta, & in peiori, vt miseri creditores ijs oneribus affecti, vel de sinant recuperare, vel aliquid eis expendant, vt in bona aurum, aut argenti moneta debita eis soluantur: Quod si hæc facientes aliter punirentur, fortassis alij ab ijs molestis & vexationibus cessarent, & abstinerent se, sed leges optimæ sunt earum autem executores pessimi & pigri.

In. l. 3. tit. 14. lib. 3.

S V M M A R I V M.

Judices omnes hic descripti tenentur fideiussores præbere in curia, & antequam ab ea exeant.

1 Bi. Den fianças legas, llanas l y abonadas. Et sic non sufficit iuratoria cautio ex dictis

per nos in. l. 23. tit. 7. lib. 3. supra num. 10. & 14. & est noua ac necessaria dispositio & refrenans horum iudicum cupiditatem, & iniustitiam, qua utebantur, & quam facere solebant, cum has non præstabant fideiussiones.

In. l. 4. tit. 14. lib. 3.

- 1 **F**acta contra Regis voluntatem nulla sunt. nu. 1.
- 2 *Pastoribus non permittitur per quacunque loca suas greges trahere. num. 2. Et per qua, ibid.*
- 3 *Verba de habilitate sunt restringenda & intelligenda. nu. 3.*
- 4 *Verba, fueren, o uinieren, atrauessaren, o estuieren, quomodo declaranda. numer. 4.*
- 5 *S. 3. nostra. l. ibi. labrare, unde fuit sumptus. nu. 5.*
- 6 *Totum concilium pro uno reputatur. nu. 6.*
- 7 *Judices executores nostra. l. non possunt se intromittere, ubi fratres, de Mesta, commoditate non habent. n. 7.*
- 8 *Facta contra legem prohibitiuam nulla sunt. nu. 8.*
- 9 *Facta contra commissionem aut*  
C 5 *formam*

## Commentaria ad leges

- 9 *Facta cōtra cōmissionem aut formam commissionis nulla sunt. nu. 9.*
- 10 *Mala multa obuenientia ob nō ministratam partibus iustitiam. num. 10.*
- 11 *Iniustitia est mortis adquisitio. num. 11.*
- 12 *Refertur quedā lex particularis nostra. Placentia civitatis, de los quartos. nu. 12.*
- 13 *Cultura quando sit utilis & non nociva pastibus & defensis, ad pascēdū greges. n. 13.*
- 14 *Incōueniens nostra. l. ibi, quedā perdidit, nō est certū. n. 14.*
- 15 *Pœna nostra. l. ibi. con q̄ la primera vez, quo modo intelligatur. nu. 15.*
- 16 *Qualitas est probanda ab eo qui in ea se fundat. nu. 16.*
- 17 *Ruptores terrarum ad hoc quod pro secūda vice puniātur, an debeāt esse eadem persone, vel sufficiat si diuersa sint. num. 17.*
- 18 *Officialium numerus à lege nostra coarctatur. nu. 18.*
- 19 *Diçtio, no, adiunta verbo, p̄ueda, inducit impossibilitatem. nu. 19.*
- 20 *Officialis alius, qui nominatus in concilio, de la Mesta, nō potest trahi pro aliquo actus scribendo. nu. 20.*
- 21 *Dispositio nostri. S. ibi, hāllandolos en ella, nō requirit omnino apprehensionē. n. 21.*
- 22 *Judices quid & à quibus in officijs gerendis abstinere debeant. nu. 22.*
- 23 *Defensas facere nemo potest. num. 23.*
- 24 *Damna facta ab animalibus fratrum de Mesta, dānificati nō audent iam petere, & ob quid. nu. 24.*
- 25 *Appellatio in omnibus & ab omnibus est licita. n. 25.*
- 26 *Appellatio in dubio debet recipi & non respui. nu. 26.*
- 27 *Index non deferens appellationi, punitur. n. 27. Imo & peccat mortaliter, ibid.*
- 28 *Casus multi in quibus nō defertur appellationi. n. 28.*
- 29 *Appellatio est defensio. n. 29.*
- 30 *Appellatio quo iure sit introducta. nu. 30.*
- 31 *Naturalia non possunt tolli. n. 31. & sic nec appellatio per Principem tolli potest, ibid.*
- 32 *Ius diuinum & ea quae ab eo procedunt nō possunt per Principem tolli. nu. 32.*
- 33 *Appellatio per consuetudinem, aut statutum tolli non potest. nu. 33. Et quomodo intelli-*

- 34 Lex nostra iustificatur qua  
tenus appellationē tollit. n.  
34. ubi assignatur ratio.
- 35 Omnis res per quas cumque  
causas nascitur, per eas-  
dem dissoluitur. nu. 35.
- 36 Princeps licet ius diuinum,  
vel naturale tollere nō po-  
test, potest tamē illud mode-  
rare, ac limitare. nu. 36.
- 37 Clausula, appellatione remo-  
ta, quos habeat effectus. nu.  
37. §. nu. 38. de qua appel-  
latione intelligatur iusta,  
vel iniusta.
- 39 Nullitates proueniētes ex  
defectu citationis, iurisdic-  
tionis, §. notoria iniustitia,  
nunquam per leges nullita-  
tes simpliciter excludentes  
censentur exclusae. nu. 39.
- 40 Clausula, appellatione re-  
mota, nihil operatur quoad  
tertij praeiudicium. nu. 40.
- 41 Clausula, appellatione remo-  
ta, ita operatur in fauorē il-  
lius cōtra quē cōceditur si-  
cut illi cū cōceditur. n. 41.
- 42 Appellatio licet in aliquo  
casu tollatur, non tamē de-  
fensio. nu. 42.
- 43 Appellatio §. nullitatis su-  
blatio diuersa sunt. nu. 43.
- 44 Appellatione remota, nō di-  
citur remotus recusatus, reui-  
sio, ac supplicatio ad Princi-  
pem. nu. 44.
- 45 Appellatio in quibus casi-  
bus sit remota, etiā quoad  
defectū deuolutiuū. n. 45.
- 46 Restitutio nō cēsetur remo-  
ta per hāc clausulā appel-  
latione remota. num. 46.
- 47 Clausula, remota appellatio-  
ne, à quo possit cōcedi. nu.  
47. §. n. 48. per quē possit  
cōfirmari statutū illa tollēs.
- 49 Appellatio in dubio §. nisi  
expresse dicatur non cense-  
tur sublata. nu. 49.
- 40 Duces, Comites, Marchio-  
ni, non possunt disponere cō-  
tra ius si superiorē recognos-  
cāt. n. 40. Imo neq. cōcede-  
re clausulam, ut sine strepi-  
tu §. figura iudicij, §. sola  
facti veritate inspecta pro-  
cedatur. nu. 41.
- 42 Domini tēporales non pos-  
sunt etiā ex consuetudine  
appellationē tollere. nu. 42.
- 43 Legatus Papa, an §. quādo  
possit uti clausula appella-  
tionis remota. nu. 43.
- 44 Appellatio sine iusta causa  
tollenda non est. nu. 44.
- 45 Periculosum est gladio insa-  
nienti, ac improbo viro ma-  
gistra-

## Commentaria ad leges

- gistratum cōmittere. nu. 45.*  
46 *Dispositio. l. nostra quatenus tollit appellationem de iustificatione periculosa, videtur. nu. 46.*  
47 *Clausula, appellatione remota, solū operatur quoad effectum suspensiuum, non vero deuolutiuū. nu. 47.*  
48 *Intellectus ad capitulos, ut debitus. de appellatio. § pastoralis. eod. tit. nu. 48.*  
49 *Iudices nostra. l. recusati, an & quomodo sint associandi. nu. 49.*  
50 *Notatur abusus tabellionū. num. 50.*  
51 *Maledictiones referuntur à iudicibus precauēda. n. 51.*

### S V M M A R I V M.

Apponitur in presenti nouo ordo seruāndus per iudices.  
*De Mestas y cañadas.*

**I**Bi. Porq̄ nūestra intencio y volūdades. Hæc est volūtas Regis sancta & iusta, sed quis est horū iudicum, qui adimpleat eā? nullus, ergo facta ab eis, tanquam contra Regis voluntatem nulla erunt & nullius effectus, +  
i ex text. & materia in. l. diligenter. ff. mand. sed de ijs

numquam curant iudices ij.

In. c. i. ibi. *Que ay an de andar, o andē por las prouincias y cañadas, por dōde van y viēne los ganados.* Id nō vidi fieri per hos iudices, fortassis, vel quia cū in prouincias sibi cōmissas pergunt, & accedunt, greges horum *De la Mesta*, nondum à terris suis recesserunt, vel quia in terris exteris nō existunt, prout, ex versiculo sequente, ibi. *Y estando en ellas fuera de sus tierras.* Colligitur, & sic videm⁹ quotidie, quod isti iudices *De Mesta*, nō sequuntur greges ipsas, sed vadūt per prouincias eis cōmissas inquirendo de grauaminibus factis gregibus ijs.

Ibi. *Prouā dolas con dos pastores.* Qui fortassis sunt interefantes in causa & partes formales: ideò ad hæc multum deberent iudices aduertere, sed vellit Deus, nè eos ex proposito secum afferant in testes, vt de omnibus indistinctè testificentur, imò & nè aliquando scribantur, & examinentur in testes illi, quorum nomina nō cognoscuntur, sed fictitia sunt, & simulata, prout iā audiui sic factū, ideò



ideò nè miremur si temporalia nobis deficient, & pestes, ac bella infestet nos.

In. c. 2. ibi. *De requerir las cañadas.* Intellige de illis, de quibus infra eo. in. c. 5. disponitur.

Ibi. *Por los lugares y partes q̄ los pastores q̄ son del dicho concejo con sus ganados fueren, o vinieren, atravesarē, o estuieren.* Vt in præcedente cap. etiã dictum est, & intellige, quod per hæc verba nõ est licitũ per quæcunq; loca pastores greges suas trahere, † & cum illis transire, sed per illa per quæ sunt obligati, & debent, ac solēt transitũ facere, & sic per consueta & antiqua, nõ vero nouas vias passus & stratas faciēdo, debēt enim verba de habilitate restringi, ac intelligi, † & sic verba. *Puerē, o vinierē, atravesarē, o estuierē.* Intelligenda & exponenda sunt, † id est, debent ire, venire, aut per indirectũ transire, siu estare, prout in simili exponit Bar. in. l. si uxori. §. cum ita. ff. de auro. & argen. lega. & Bal. c. dudũ. 2. in fin. de electione. Idq; deducitur clarissime. ex. c. 5. infra eo. & desumptum est hoc

c. á. l. 1. §. 4. tit. 14. lib. 3. supra.

Ibi. *Por las penas q̄ en esta nuestra carta yran declaradas,* Prout declaratur in. c. sequē.

In. §. 3. ibi. *Que labrare.* Desumptus fuit. §. hic. † à lege. 1. §. 4. sup. isto tit. & lib. vbi diximus aliqua, & in. l. 6. tit. 7. infra li. 7. & in illo. §. 4. apponebantur etiã pœnæ nostri. §.

Ibi. *Con q̄ la pena de vna persona, y concejo.* Intellige quoties per modum & in vim cõcilij cultiuatur terra hic prohibita, cultiuari: tũc enim quia totum cõcilium pro vno reputatur, † idē de eo, quod de vna persona iudicandũ est.

Ibi. *Como en quãto a las penas.* Intellige hæc verba, quoad executionem pœnarum impositarum, exequendarũ, absq; obstaculo appellationis, circa hoc enim loquũtur & procedunt hæc verba, prout ex eorum & præcedentium ferie clare colligitur.

Ibi. *Y comer y pacer.* Dura lex est, & tanquam talis, punquam vidi, quod executã in hoc fuerit.

Ibi. *En que el dicho Concejo de la Mesta, y hermanos del tuieren passo y aprouchamiento.*

## Commentaria ad leges

*miento.* Vbi enim hanc non habent fratres ij commoditatem, nullo modo possunt ij executores iudices se intro  
7 mittere ; † tam à partium enumeratione id probando, quàm à cessatione rationis nostrarum legum cognitionem ijs iudicibus permittentium, circa ea, quæ ad materiã hanc *De Mesta* pertinet, & vbi commoditates eis auferuntur, nō verò aliàs. & dixi in. l. 1. §. 4. istius tit.

Ibi. *Y dehefas nueuamente hechas.* Quas fieri regulariter prohibitum est, vt diximus in. l. 1. §. 8. supra isto tit.

In. §. 4. in eo probatur clarissime assumptum nostrum propositum in præcedente § sub verbis illis. *Anque el dicho concejo.* Licet iudices ij executores malè id, sicut & in alijs multis obseruent eis datas instructiones.

In. §. 5. ibi. *Ordenamos y mandamos.* Iterũ & clarius repetitur, in præsentì prohibitio facta ijs iudicib⁹ cognoscēdi de alijs, quã de illis casib⁹ locis & rupturis publicorũ terminorũ & defenlarũ & itinerũ, in quibus fratres *De la Mes*

*ta* habēt transitũ, & cōmoditatē ex antiquo, & cū lex nostra prohibitiua sit omnia in cōtrariũ acta nulla erūt. † Tū quia facta cōtra legis prohibitionē, ex tex. & eius materia in. l. nō dubium. C. de legibus. quàm ex eo quod formã cōcessionis, ac cōmissionis excedunt, † ex. l. diligenter. & eius materia. ff. mādati. & sic omnia sic facta, tanquam attētata reuocāda forent, & in expensis & dānis iudices ij falsim condemnandi, sic enim fortassis mederetur insolentia quorundã horũ iudicũ. Et. §. hic declarat. §. 2. isti⁹ legis generaliter loquentem.

In. §. 6. ibi. *En los meses de Junio.* Cōducunt hic ea, quæ diximus in. l. 41. tit. 6. supra isto libr. 3.

Ibi. *Y administre justicia cō la menor molestia y vexaciō q̄ fuere possible.* Quod quàm aliter fiat omnibus patet, maxime ijs rusticis horum iudicum iniustitias patiētibus in personis & bonis suis, † propter quod, vt inquit Apostolus ad Roman. 1. Reuelabitur ira Dei de cœlo, super omnem impietatem, & super omnē iniusti-

iniustitiam hominum eorū,  
 qui veritatem in iniustitia  
 detinent. Et Ecclesial. 10.  
 Regnum agente in gentem  
 trāsfertur propter iniustitias  
 & iniurias, & contumelias,  
 & diuersos dolos. Ob q̄ in-  
 quit Psalmista, Psal. 36. Iniu-  
 sti punientur, & semen eorū  
 peribit: & Psal. 139. Virū in-  
 iustum mala capient in in-  
 teritu. Iniustitiaque mortis  
 11 est adquisitio † Sapi. 1. Qua-  
 re vos, ò iudices fraternitatis  
 huius executores, & vos eo-  
 rum superiores corrigere de-  
 bentes iniustitias ab ijs factas,  
 attendite, & videte nè vos  
 mala in interitu capiant, ne  
 ve ob vestram causam reue-  
 letur ira Dei contra vos, &  
 cōtra omnes alios, solet enim  
 dici, quicquid Deliram Re-  
 ges plectuntur Achiui. Quid  
 enim vobis proderit vni-  
 uersa lucrari, si vobis in inte-  
 ritum redundant animarum  
 vestrarum, aut quam dabitis  
 commutationem pro anima-  
 bus vestris.

In. §. 7. ibi. *Que por leyes y  
 prematicas.* Quæ apponūtur  
 sub. l. 22. cum seqq. tit. 7. lib.  
 7. infra. vbi aliqua diximus.

Ibi. *Porq̄ se estrechan, y hā  
 estrechado mucho los pastos de  
 los ganados.* Licet hęc ita sint,  
 in terris tamen montuosis,  
 & vbi montes pastus occu-  
 pant, & in quibus pauca  
 sunt terræ, ac defensæ ad  
 culturam sufficientes, ob  
 quod panis deficit, deberet  
 permitti vno, vel altero an-  
 no laborari, cultiuari, ac se-  
 minari montes hos à vellen-  
 do, & clarificando, vel sal-  
 tim aliqua pars harum ter-  
 rarum, ac defensarum pro  
 cultura deputari, præsertim  
 ijsce temporibus in quibus  
 cultura est restricta, & omnia  
 ad pastum trahi procuratur,  
 & hac de causa in hac Pla-  
 centiæ ciuitate habemus †  
 12 leges à Regibus confirma-  
 tæ & vocatæ. *Las leyes de  
 los quartos realengos.* Qui-  
 bus quidem domini par-  
 ticularium defensarum co-  
 acti fuere, quartam partem  
 cuiuslibet defensæ relin-  
 qui, ac deportari pro cultu-  
 ra, vt quarto quoquo anno  
 hæc quarta pars rusticis la-  
 boratoribus detur ad semi-  
 nandum soluta certa quan-  
 titate, & vocatur. *El quarto  
 realen-*

## Commentaria ad leges

*realengo*, id quod temporibus designatis datur ad culturam, & fuit salutifera, ac utilis hæc dispositio, aliter enim nõ haberent, vbi seminarent frumenta.

Ibi. *Quedan perdidas y destruydas*. Si quotidie cultiuantur, vel saltim pluries in paucibus annis destruentur, sed si non ita continue, sed interpollatis aliquibus annis, potius est utilis cultura, quàm nociua, tetiam ad pascendum greges animalium: nam cum cultura remanet defensa sine montibus perniciosis pasturæ & lanæ ouium, aut arietum ibi pascentium, eò quod auellitur lana ab eis ambulantibus inter spissos montes, & mediante cultura mons clarificatur & de nouo producit fertilius, & terra etiã arata in paucis annis reuertitur vberibus ad primæuam naturam, & sic non est certum inconueniens hoc nostræ legis, t̄ prout experientia quotidie videtur, & lex nostra cum per informationem habentium greges sit facta, ipsi informant pleremq; difficultando, & ad destructionem

reducendo id, quod si cum moderamine furet non solum non esset damnosum pasturæ, sed potius utilius.

Ibi. *Con que la primera vez no exceda la dicha condenaciõ de ve yntemil maravedis*. Verba hæc referuntur, tam ad personas, quã ad concilia, de quibus proxime dictum est, + ita vt siue viginti, aut plures persone per se, vel per viam concilij aliquam defensam, vel partem ruperint & cultiuauerint, & seminauerint in ea amplius quam viginti, aut centum, aut plus fanecas, non sunt condemnandi pro prima vice, nisi pro pœna viginti mille morapetinarum, non verò pro qualibet faneca mille, & hoc quia lex hæc in verbis ijs personas singulatim feminantes concernit, sicut si iunctum & conciliariter, cum enim in præcedenti de personis, & de concilijs locutum sit, dum in præsententi pœnæ modum imponit, omnia dicta comprehendit: neq; tenetur cultores probare se illa tantum vice & sic prima rupisse, nam præsumitur sic esse, nisi contrarium probe-

nisi contrarium probetur, dicens enim & allegans secunda vice rupisse prout dicere tenetur, vt pro secunda puniatur, id probare debet, \* ex. l. actor, q̄ asseuerat. C. de proba. aliter enim pro prima tantū vice condēnatio fiet. Sed est quæstio singularis an ad hoc vt ruptores pro secunda vice puniātur, debeāt esse eēdem personæ, vel sufficiet si sint diuersæ: & reuera mihi certius videtur, quod debent esse eēdē personæ ruptores secundæ rptionis, qui primo ruperunt, vt pro secunda puniantur vice: nam si sunt differentes personæ à primis non tenebuntur nisi pro prima vice, quia eorum respectu prima est, itē etiam quia lex nostra cum personis loquitur rūpētibus defensam, non vero cum defensa ipsa, ergo respectu personarum diuersarum non potest dici secundo rupisse illos, qui antea non ruperāt: item quia id deducitur clarius ex verbis illis. *Y si se tornare a rō per.* Nō enim licet. *Y si se tornare a rō per.* Ergo rescipicit personas primo rūpentes nō

vero alias personas verbum illud. *Y si tornare,* ergo verum est nostrum assumptum, & quia cum sit lex pœnalis restringenda est non vero amplianda: sed si hæc iudicibus ijs dixeris, delirare te dicent, vel quod non est versatus in negotijs de mesta, vel quod lex secundū eorum intentionem & volūtātē est declarata per Regē, vel in concilij fraternitatis huius omnia enim hæc explodūt, & imaginationes esse dicūt, & neq; vnū, neq; aliud seruant, q̄ dolendum est, miseri enim rustici ijs & alijs affliguntur calamitatibus, & molestijs, ac miserijs, cū relatiendi essent, ipsi enim pondus diei & æstus sustinent, sed cupiditas iudicum excæcatulos & aures eorum, vt videntes non videant, & audientes non audiant.

Ibi. *Sin embargo de qualquier apelaciō.* Vide quæ dicemus in. S. 13. in glo. *Lo qual se ha de executar sin embargo.*

In. S. 8. Ibi, *Mandamos, que los dichos Alcaldes.* Iusta dispositio si seruaretur, sed tamen si non seruatur,

D lex

Lex nostra prouidet de remedio, quo quidem iudices loci uti possunt, & sic evitare multitudinem excedentem nostri text. metam & numerum: Et in hoc proposito est aduertendum, quod solent ij iudices de Mesta, & eius ministri secum afferre quatuor, aut plures alios ultra numerum dicendo, quod sunt scribentes & adiutores pro scribendis processibus, & cum eis agitantur acta iudicij, & cum eis fiunt informationes denunciationum: nam id fieri non potest, neque possunt secum eos afferre, sed ipse tabellio debet hoc facere per se, non per substitutos, neque ministros, neque scribentes, & sic uidi fieri, & tales scribentes incarcerari, secundum quod lex nostra permittit: tum quia informationes faciebant, tum etiam quia alij quam per concilium, de la Mesta, nominati, non possunt cum dictis iudicibus venire, & ex contrario plura resultant inconuenientia & maxima damna, & ideo lex nostra iustissimè

arctauit numerum officialium & hominum cum eis uenientium.

Ibi. *Ni puedā mas usar los dichos sus officios.* Nota dictionem illam, *no*, appositā ante uerbum illud, *puedā*, quia de iure impossibilitatis, & impossibilitatem denotat, ut abinde, & sic deinceps iudices ij uti nō possint officijs suis, & vacent: & consequēter, si deinde eis utantur incurrant pœnas eorū, qui utantur officio, quo quidem uti nō possunt, neq; autoritatē habent eo utēdi, cōcessam ab eo, qui eam concedere potest, quæ grauis est, ut alibi, diximus, & omnia imposterum facta nulla sunt, tanquam à nō habente potestatem iudicandi actuata.

Ibi. *Para qualquier cosa tocate a la expediciō, o execuciō de lo contenido en sus comissiones.* Notāda sunt uerba hæc, ut sic etiā pro scribendo aliquo actu, vel aliqua informatione non possint alij trahi ministri, & personę, quā nominatæ in concilio, de la Mesta, neque coram alijs fieri.

Ibi. *Y estē obligados a boluer y resti-*

*restituir, salubris et iusta dispositio si exequeretur, sed fortassis non exequitur, quia non petitur.*

In. §. 9. Ibi. *Entreguen a los Corregidores y Iusticias ordinarias.* Vt ipsi exequantur contenta in hoc capitulo informādo Regium consilium de ijs excessibus, & mittendo captos ministros illos, quibus cum commissiōnes suas erat exercens iudices ij contra dispositionem huius capituli & præcedentis.

Ibi. *Hallādolos en ella.* Nō intelligas requiri apprehensionem, sed sufficere per informationem constare de ijs excessibus, vt correctores & iustitiæ ordinariæ populorum, vbi excessus ij fiunt exequantur nostri. §. dispositionem. \* Et ad clarissimè apparet ex verbis sequentibus, *juntamente con la informacion:* ex quibus colligitur sufficere per informationem constare, vt dispositio nostri. §. exequatur, neque requiris apprehensionem.

In. §. 10. Ibi. *Y les hagarestituyr lo que les fuere lleuado injustamente.* Pondera verbum illud, *injustamente:* nam iustifi-

cat dispositionem nostræ legis, & damnat iudicium sententias, quibus, cum iusta, iniusta esse iudicant, & sic iusti, & iniusti nullū discrimen faciūt, & omnia eis videntur iniusta quātuncumq; iustissima sint, nullumque denuntiatum iustum inueniunt. Et hæc est misera, quasi omnium iam iudicum, cōditio. O infelicia tempora! vbi iustitia neglecta est, vbi iudicia iudicantium ad libitum proferuntur, vbi Rogitus maiorum, & potentium, imò Imbecillum mulierum attenduntur, vbi dona & munerera iam locum inuenerunt, vbi iudicant, qui iudicandi essent, velut melius dicam, qui iudicandi modos ignorant, quia literas nesciunt, quia de sua re agunt, & aliena non curant. Quibus dici potest illud Micheæ tertio capit. Audite hoc Principes domus Iacob: Iudices domus Israël, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Siō in sanguinibus, & Hierusalē in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabāt, & sacerdotes eius in mercede docebāt. Et Propheætæ eius

## Commentaria ad leges

in pecunia diuinabant: & super dominā requiescebant dicentes. Nā quid, nō Dñs in medio nostrum? nunquid venient super nos mala? Propter hoc, causa vestri Syon quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acerbus lapidum erit & Mōs tēpli in excelsa Syluarum. Et habetur transumptiuē per alia verba in cap. iudices. 1. q. 1. & super ijs verbis, Montolonius, in suo promptuario iuris, verbo, iudex, in glos. Hierusalem, inquit: Nemo ambigat Hierusalem propter scelera: quæ in hac sententia leguntur, fuisse subtersam. Et velit Deus & Dominus noster, nē & in Hispania hæc contingant ob eadem huius sententiæ causas. Video enim illud Oseæ. 4. verificari dicentis: Non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei in terra, maledictio, & mendacium inundauerūt, propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Sicut ijsce temporibus videmus infirmari, tam in fructibus terrę, quam in viventium super ea salute. Ideo, o vos iudices, attēdite ad hæc, & quod iustum est iudicatē,

22 nullaque sit distantia personarum. \* Ita paruum audietis vt magnum, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est Deuteron. capit. 1.

23 In. S. 1 1. quod nullus possit defensas facere, diximus\* in. l. 13. tit. 7. lib. 7. infra, & in isto nostro titulo.

In. S. 1 2. ibi. *Que las fuerças y tomas*, quas quidem violētias & vim nullus audet facere, ita enim acriter vindicatur, vt neque ius suum audeat quis defendere, neque damna ab animalibus fratrum de mesta data in pratis, hæreditatibus, & defensis petere, \* ne dum taxanda petūtur per iudicem sit in causa dicendi, greges detentas fuisse, & interim in eis magna detrimenta dominos gregis incurrisse, prout ad hoc probandam non solent testes deficere.

Ibi. *Lo qual se ha de executar sin embargo de qualquier apelacion que dello se interponga.* Sed nonnē licitum est appellare in omnibus & ab omnibus, & dicendum est, quod sic, † ex gloss. in. l. qui restituere. ver-



re, verb. restituitur. de rei v̄.  
 l. in maioribus, & ibi Bar. C.  
 de appella. Speculat. in tit. de  
 appel. s. in quibus. & ex text.  
 in. c. ad Romanam. 2. quæst.  
 6. etiam si esset dubium an  
 esset iusta, vel n̄. c. peruenit. 29  
 c. cōsuluit. de appel. & proba  
 tur ex. l. 13. & 14. tit. 23. p. 3.  
 debetq; in dubio recipi & n̄  
 26 respui appellatio. l. sciendū.  
 ff. de appel. recipien. & à qua  
 cunq; sententia siue in ciuili  
 bus, siue in criminalibus reci  
 pitur, ex. l. litigatorib⁹. & ex.  
 l. si quis prouocatione. C. de 30  
 appel. l. as. cons. 16. dubitatur.  
 col. 2. vol. 3. imò & iudex n̄  
 deferens appellacioni puni  
 27 tur, vt dixi in. l. 13. per tex. ibi 31  
 tit. 18. sup. vbi et diximus pec  
 care mortaliter iudicē aliter  
 faciens, si ergo hæc ita se ha  
 bent, quomodo lex n̄ra sine  
 obstaculo appellacionis sentē  
 tias horū iudicum exequi iu  
 bet, & dicendū est q̄ licet re  
 gulariter supra dicta proce  
 dāt: sūt tñ plures casus in qui  
 b⁹ appellacioni n̄ defertur, 32  
 imò exequitur sentētia non  
 obstāte appellacione, quorū  
 28 vnus + est noster, et 27. alios  
 ponit Specu. vbi sup. ita q̄ de

sumitur regula, scilicet, q̄ li  
 citū est regulariter appellare,  
 nisi in casibus à iure prohibi  
 tis. Sed adhuc instari potest  
 contra n̄ram legē remouētē  
 appellacionē, nā appellatio  
 est defensio, \* c. cū speciali. s.  
 porrò. de appella. c. omnis op  
 pressus. 2. q. 6. c. suggestū. de  
 appel. l. 1. ff. de appel. defensio  
 autē est de iure naturali. l. vt  
 vim. ff. de ius. & iur. Clem. pa  
 storalis. de re iu. & sic quate  
 nus appellatio est defensio, ap  
 pellatio dici potest de iure na  
 turali, imò & diuino, + vt di  
 xi in rubr. nu. 1. tit. 18. lib. 4. in  
 fra, ergo tolli n̄ potest, quia  
 naturalia tolli n̄ possūt, vt.  
 s. sed naturalia. + in ff. de iur.  
 nat. gent. & ciui. & Innocē.  
 & alij in. c. quæ in ecclesiarū.  
 de cōst. & sic tolli per Princi  
 pem n̄ potest, sicut & defen  
 sio n̄ poterit ex Clem. pasto  
 ralis. de re iu. ad fi. vt inquit,  
 Coua. prac. c. 23. n. 5. in prin.  
 Itidē quia q̄ iuris diuini est,  
 n̄ potest per Principē tolli:  
 32 + quia ius diuinum tollere  
 non potest, vt per Felin. in ru  
 bri. col. 3. de appel. & in. c. 1.  
 de reser. Coua. in. 4. p. 2. c. 6.  
 s. 9. nu. 2. & 4. & cōseq̄ēter

## Commentaria ad leges

videtur legem nostrā in hoc  
procedere non posse, si cut  
nec per consuetudinem aut  
statutū, tolli potest appellatio,  
33 \* prout magis communem  
testatur Anton. Nicellus in  
concor. gloss. cap. 6. col. an-  
tepenult. §. pen. ex Bart. tamē  
in. l. omnes populi. ff. de iust.  
& iure. id omnes asserunt ve-  
rum esse in statutis Civitatū  
Principem recognoscentiū,  
vel in prima tantum instan-  
tia, vel in nulla, secus si Ci-  
vitas non recognosceret su-  
periores, vel etiā si recog-  
nosceret haberet iurisdictionem  
primæ, & secundæ ap-  
pellationis, ex. l. 2. §. exactis.  
ff. de origi. iur. & hæc est ap-  
probata distinctio, vt testa-  
tur Orosi. in. d. l. omnes po-  
puli. nu. 99. ff. de iur. & iure.  
& sic statuta inferiorū prohi-  
bētia appellationē nullā ha-  
bent firmitatē, ex Bar. vbi su-  
pra. in. 3. q. princi. cuius do-  
ctrinam secuti sunt oēs Legi-  
stæ yniuersaliter, ibi. & Ca-  
no. in. c. sicut Romana. de re-  
scrip. vbi Rip. nu. 19. intonat,  
istā cōmunē Doctorū vtrius-  
que classis cui innititur, etiā  
Bal. cōf. 6. vol. 3. & Rolan.

Val. cōf. 29. quæritur an sen-  
tētia n. 5. cū seq. vol. 1. & Iul.  
Cla. in prac. crim. §. si. q. 94.  
n. 3. Quæ quidē cōmunis li-  
mitatur & declaratur aliqui-  
bus modis in tom. 1. nouissi-  
marum com. opin. sub tit. de  
Magistratu; & vniuersa civi-  
li policia. c. 13. per totū, vbi  
in vers. sexto itidē dicitur, q̄  
neque valeret statutū tollens  
nullitatem. imò neq; valeret  
cōsuetudo tollens appellatio-  
nes, secundū Bal. l. 2. c. que sit  
lōga cōsu. & in. l. cū de cōsue-  
tudi. ff. de legib. relatum per  
Rolā. vbi sup. n. 9. Sed tamē  
quia nō negatur in iure à lege  
humana, vel privilegio Prin-  
cipis appellationem, & ius ap-  
pellādi tolli posse, ex. c. 1. de  
rescrip. c. pastoralis. de appel-  
c. super quæstionū. §. si vero.  
de offic. delegat. l. 1. §. inter-  
dum. ff. à qui. appella. lic. cap.  
super eo. de offi. del. l. 13. tit.  
23. p. 3. ad finē, & hæc cōmu-  
nē omniū adnotationē ex di-  
ctis iuribus asserit Couar. in  
prac. quæf. c. 23. n. 6. in prin.  
34 ideo lege nostra, id statui, \*  
præsertim cum à Rege no-  
stro Hispaniarū Philippo. II.  
constituta, qui in tempora-  
libus

libus non recognoscit superiorem: & ratio est, quia solum tollitur modalitas siue forma de defendendo, quæ bene potest tolli, secundum 36 Præposi. in. d. c. pastoralis. n. 7. & sic cessât cōtraria supra adducta de defensione naturali, velut inquit Rebuf. in. d. 3. tom. cōst. Fran. tit. de appel. art. 1. glos. vna. num. 84. quod illud, quod dicitur Principē tollere defensionē non posse verum est eam, quæ à iure naturali inuenta est, sed defensionem ab ipso Principe inductam, prout est appellatio, quæ vt ibi dicit Rebuf. nu. 77. à iure ciuili inuenta est, vt. l. 1. ff. de appellat. bene potest Princeps eam tollere, omnis enim res per quascūque causas nascitur per eadem dissoluitur, \* capit. 1. de regul. iur. vel iterum responde, quod verum est Principem non posse tollere appellationem, vt procedat quoties indistincte & generaliter in omnibus causis ciuilibus & criminalibus tollere eam vellet, sed in vna, vel alia causa existente ratione & causa publicæ utilitatis,

& necessitatis optime potest, quia licet naturale ius & diuinum theore non possit, interpretari tñ potest moderare ac limitare, \* vt in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. cap. post translationem. de renuntiat. cap. ex parte. 1. de offic. delegat. cap. literas. de restitut. spoliat. tradit Couarru. in. 4. 2. part. cap. 6. §. 9. nu. 2. in fi. cum seqq. Minchac. cōtrouers. illust. c. 5. n. 19. & 20. & sic cessant contraria, vel responderi potest eū Coua. d. c. 23. prac. ques. nu. 6. in princ. prout quosdā respondere asserit, scilicet nō esse parius appellationis, & citationis, siquidē citatio & defensio est iuris naturalis, & ideo non potest tolli à Principe. Appellatio vero defensio est nō iuris naturalis, sed humani ac positiui, ideo Princeps eā tollit, prout tenuerūt plures ibi relati, & ex Rebuf. sic etiā respondimus, iam, & licet Coua. ibi dicat se non refellere hanc rationē & respōsionē, sed eam potius admittere & perstringere alijs cōsiderationibus ibi per eū relatis, quas omitto. ne largius

## Commentaria ad leges

procedamus, & sufficere hęc  
possent, vt contraria supra  
proposita nostrę legi nihil  
obstarēt. Ego vero in præpo-  
sito eius, vt fieri possit & tol-  
li appellatio in præsentī, con-  
sidero aliam rationem esse &  
veram, licet & præcedentes  
verę sint, scilicet, quod in no-  
stra lege solum tollitur ap-  
pellatio, quoad effectum  
suspensiuum tantum, non ve-  
ro quoad deuolutiuum, vt  
apparet ex verbis sequētib;  
nostrę legis in glos. sequen-  
te ponderatis, ita vt effectus  
suspensiuus solum sit subla-  
tus, vt non obstante appella-  
tione executio sententię fiat,  
saluo remanēte iure prose-  
quēdi appellationem execu-  
tione facta sententię condē-  
natorię, neque tunc habeat  
locum attentatorum reme-  
dium, vt optimè per regulā  
ampliaciones & limitationes  
prosequitur Lancelot. de at-  
tentatis. cap. 12. limit. 8. per  
totum, & Præpo. in dict. cap.  
pastoralis. nu. 12. cum seqq.  
de appellat. alias proponit li-  
mitationes, & hic est vnus ef-  
fectus huius clausulę appel-  
latione remota, quas & alios

plures refert Vitalis de Cam-  
ba trac. clausularum, in clau-  
sula appellatione remota, &  
late Francus in dict. cap. pa-  
storalis. & latissime Imol. in  
dict. l. 1. ff. à quibus appellar.  
liceat, vel non, quos per ipsos  
videbis quia nō est nostrum  
hęc examinare, & transcribe-  
re. Vel itidem & responderi  
potest quod lex nostra licet  
tollat appellationem solum  
tollit illam, quę friuola est,  
nō vero illam, quę iusta est,  
& in iure expressa, prout est  
illa, quę in dictis limitatio-  
nibus Lanceloti verificari  
potest, & in casibus relatis  
per Rolan. Valbe. dict. consi.  
29. nu. 37. cum seqq. aliqui-  
bus lib. 1. & sic multi asserūt  
DD. clausulā hęc appellatio-  
ne remota, de friuola, non ve-  
ro de iusta & in iure expres-  
sa intelligi, & sic de illa, quę  
est de facto & ex extrinsecis  
à processu grauamē eius col-  
ligitur, non vero de illa, quę  
est de iure, & sic ex actibus  
intrinsecis processus decer-  
pitur, nam hęc admittitur  
etiam existēte clausula appel-  
latione remota: illa vero reij-  
citur, \* secundum Bart. in. l.

1. §. & parui refert. colu. 2. vers. ista. glos. est argumentū ad quæstionē. ff. quod vi aut clam. & Ioan. Andr. in cap. 2. extra de mut. pet. & est tex. in cap. pastoralis. in princip. vbi not. DD. de appel. Abb. in cap. ex con quæstione. nu. 5. extra de resti. spoli. quos sequitur & refert. Anto. Gal. Malual. consi. 12. nu. 15. vol. 1. & Cardin. Zabarella, cōs. 120. nu. 1. las. consi. 55. col. 2. & in consi. 63. col. 2. lib. 3. Grat. cōs. 109. lib. 2. Alban. in consi. 14. quos refert. & sequitur Meno. cōs. 415. n. 31. vol. 5. & sequitur Rebuf. in 3. tom. cōsti. Frā. tit. de appellat. glo. 2. art. 7. n. 26. & Flami. Paris. de resign. bene. lib. 8. quæst. 7. nu. 164. vbi in nu. 163. inquit de stylo parum curari de hac clausula & parū pperari, & sic inquit Andreas Gaille. infra proximē allegandus. nu. 12. quod Camera nō obstantibus statutis appellationes remouētibus, recipit eas, & quod intelligatur de friuola tenet Petr. Gregor. in Syntax. lib. 50. cap. 2. nu. 20. & in lib. 6. quæst. 3. num. 8. cum seqq. inquit ipse

Paris. quod reiecta nullitate per Principem vel statutum, prout reijci potest, secūdum dictos DD. & Andr. Gailli infra allegandus. num. 8. illa tantum reiecta censetur, quæ est de facto, non vero si de iure, prout est illa, quæ resultat ex actis processus, prout & tenet Roland. Valle, consi. 29. num. 37. cum seqq. vol. 1. & Cephal. consi. 395. num. 39. cum seqq. volum. 3. & Menoc. vbi sup. n. 29. prout est illa nullitas, quæ procedit ex defectu iurisdictionis, citationis, vel notoriæ iniustitiæ, quæ nūquā censentur sublate per legē nullitates excludētē \* vt diximus latē. l. 2. tit. 16. nu. 30. lib. 4. notandumq; est in propositum huius clausulæ appellatione remota, q̄ nihil operatur quoad præiudicium tertij, \* secundum dictos DD. & maxime Cepha. vbi supra. nu. 48. cum seqq. & Loazes, in allegatione de mula. in. 1. dubitatione. in 5. pro oppido fundato. nu. 54. pagina. 48. in paruis, vbi cum numeris pluribus ante & post plura similia adducit, & per nos in. l. 1. nu.

## Commentaria ad leges

35. tit. 14. infra lib. 4. Item nota, q̄ clausula appellatione remota, ita operatur in fauorem rei contra quem conceditur, sicut & actoris in cuius fauorem concessa est, + se-  
 41 cundū Frā. de Franchis, decisio. Neapol. 136. & facit illud, quod diximus in. l. fin. tit. 21. nu. 141. lib. 4. infra. Vl-  
 42 terius, vt omnia habeamus in propositum huius clausulæ, & ad euitanda contraria supra per me proposita, dicē-  
 dum est, quod cessant ex eo, quod licet tollatur appellatio,  
 43 non tollitur defensio: \* remanet namq; exceptio nullitatis contra talem sententiam: nullitas enim non censetur sub-  
 44 sublata per clausulam appellatione remota: diuersa enim sunt appellatio & nullitas, \* & ideò vna sublata, alia adhuc superest, tex. in cap. inter cætera. de re iud. & ibi DD. text. in. c. licet. in fi. de sentē. ex com. & in. l. si domus. ff. de seruit. vrb. præd. facit tex. in. l. diuus. ff. de test. mil. & in l. vnica. C. si de moment. appel. & ibi DD. tradunt, quod se possessorio de nullitate, remota appellatione dici pos-

sit, latè Vancius tract. de nullitat. tit. quis possit dicere de nulli. sen. nu. 33. cum seqq. & ita alios referendo inquit decisum fuisse Andr. Gaill. practicarum obserua. lib. 1. obserua. 135. neque itidem tollitur recursus & reuissio ac supplicatio ad Principem remota appellatione, \* ex  
 44 tex. in auth. quæ supplicatio. C. de preci. imp. offe. glo. notab. in cap. ex literis. verb. supplicauit, de ininte. restitu. & Andreas Gaill. vbi supr. nu. fin. & Roland. vbi supra. nu. 47. cū sequentib. vbi inquit idem in officio Iudicis implorando, & tradit de ijs omni-  
 45 bus Menoch. confi. 406. nu. 25. cum sequentibus, vol. 5. in 1. tomo commu. opini. de magis. & vni. cōmuni policia. nu. 13. col. 1. & fin. fo. 174. loco. 2. Ex quibus habes per hanc clausulam appellatione remota, nō tolli defensionē in totū cum remaneāt dicta remedia nullitatis, & recursæ reuissionis, ac supplicationis ad Principē, & imploratio, officij iudicis, & q̄ est principalis, scilicet, quod remanet etiamius prosequendæ appella-

pellationis facta executione  
 sententiæ, nisi in casibus re-  
 latis per Prepositum, & Lã-  
 cellotum, ad hoc supra alle-  
 45 gatas, \* & per Minfinge. sin-  
 gul. obserua. Centuria. 1. ob-  
 serua. 3. & sic, vt diximus, de-  
 ducitur ex nostra lege, vt in  
 glos. sequente dicemus. Iti-  
 dem neque censetur restituo  
 46 sublatam per hanc clausulã  
 appellatione remota, \* vt di-  
 cunt supra dicti DD. & in. c.  
 pastoralis. de appell. & in plu-  
 ribus alijs locis. Sed vt omnia  
 dicamus, est videndum quis  
 possit concedere hanc clausu-  
 lam remota appellatione, \*  
 47 & dicendum est, solũ Prin-  
 cipem supremũ, & sic non  
 recognoscentem superiorem  
 eam concedere posse, ex tex.  
 in. l. 1. ff. a qui. appell. lic. vel  
 non & consequenter eum so-  
 lum posse confirmare statu-  
 48 tũ, † per quod prohibetur ap-  
 pellatione, vt tradunt DD. ma-  
 xime Deci. & Fran. in. d. c.  
 pastoralis. de appellat. & ibi  
 Præposi. n. 9. & Rolan. Val.  
 consi. 29. num. 31. 14. & 15.  
 lib. 1. & Minfinge. d. c. 3. nu.  
 4. & idem in Ciuitate non  
 recognoscente superiorem,

vel primas & secundas appel-  
 lationes habente, vt iam rema-  
 net dictum in hac glos. in du-  
 bio tamen nisi nominatim  
 dicatur non censetur remo-  
 49 ta appellatione, † secundum  
 Bald. in. l. 2. C. de appell. rela-  
 tum & secutum per Rebuff.  
 3. tomo. constit. Franc. tit. de  
 appellat. art. 1. glos. vna. num.  
 83. ex quibus infero, quod  
 Duces, Comites, et Marchio-  
 nes, etiam si habeant ius per-  
 petuum si recognoscunt su-  
 periores, non possunt con-  
 cedere rescripta cum clausu-  
 la appellatione remota, neq;  
 tollere appellationem, ne-  
 que cõfirmare statutum per  
 quod tollatur, esse enim fa-  
 cere contra ius, quod qui-  
 dem ipsi tollere non pos-  
 40 sunt, ex dictis per nos, † in  
 rubrica titul. 1. lib. 2. supra. &  
 quia neque possunt cõcede-  
 re clausulam sine strepitu &  
 figura iudicij, & sola facti ve-  
 ritate inspecta procedatur, vt  
 diximus alibi, † scilicet, in. l.  
 2. n. 59. tit. 13. lib. 4. infra. Itẽ,  
 & quia esset tollere potesta-  
 tem Regiam & appellationẽ  
 ei proprietatem, quod facere  
 non possunt, neq; consue-  
 dine

## Commentaria ad leges

- 42 dine induci, † ex text. & materia, in cap. 2. de cōsuet. in 6. & in cap. Romana in principio. de appellat. in. 6. & sic maledixit Deci. in. d. c. pastoralis. de appel. Dicens dominos temporales iurisdictionem perpetuā habentes, posse tollere appellationem, & eum ibi reprobatur eius Additio. nisi tantum in præiudicium eorum, nam in ipsorum præiudicium possent eam cōcedere, vt inquit Præpositi. in dict. cap. pastoralis. num. 11. vbi idē dicit delegato Papæ, vt hac clausula vti nō possit,
- 43 \* nisi in sui præiudiciū, vel nisi concedatur ei à Papa, imò & tunc non posset ipse legatus alteri eam committere, vt ibi per eū, & alios DD. Est tamen per Principē concedentē posse procedi remota appellatione per cōmissariū, cui id permittit, ac committit summè cōsiderādū, vt hęc cōcessionem faciat siue per se, siue per legē suā, cum iusta causa, nam sine ea non
- 44 est tollenda appellatio, \* secundum Andr. Ifern. & Afflict. relictum, & secutum per Cozar. in pract. quæst. dict. cap.
23. num. 6. versi. septimo illud. vbi & in versic. quinto probari potest, inquit nō nisi peritissimo ac integerrimo iudici id esse committendū, aut permittendū: qua de causa miror equidem, quod per legem nostrā id concedatur iudicibus ijs executoribus, qui quasi semper, imò & semper parum sunt in iure versati, & suæ conscientię parum prouidentes, & consulentes, de quibus potest dici illud, quod dixit Iamblico, in exhortatione ad Philosophiam, relatus per Castillo in sua Politica de Corregi. lib. 1. cap. 3. num. 12. in fin. Perinde periculosum est, insanienti gladium, ac improbo viro
- 45 Magistratum committere, † & licet, si bene ad dicta aduerterent, non deberent sententias suas iudices exequi, tum quia excedunt, tum etiā quia nimis grauant partes, tamen quia id non considerāt, deberet hęc clausula à lege nostra, ac similibus alijs tolli, neque eis concedi exequi sine obstaculo appellationis, vel saltim iam quod id non fieret, limitaretur eis quantitas,



tas & summa intra quam 47  
 executio fieret, putà intra  
 tres mille morapetinos, &  
 non amplius: aliter enim nō  
 reddetur iusta nostræ legis  
 46 dispositio, \* & aliquo in tem  
 pore spero sic esse iubendum,  
 Christianissimus enim Rex  
 noster, si de ijs certioretur,  
 ob suam nimiam Christiani  
 tatem medebitur. Et hæc, te  
 stis est mihi Deus, nō animo  
 iniuriandi iudices dicere, sed  
 ea obligatione, qua Deo te  
 neor, aduertere ea, quæ, opus  
 est mederi, & Principes ac  
 eius consilium certiorari de  
 necessarijs ad rectam subdi  
 torum gubernationem, de  
 quibus si notitiam haberent  
 Principē consulerent & cer  
 tiorarentur pro eorū reme  
 dio, & medella.

*Ibi. Con q̄ si despues de exe  
 cutadas las sentencias las par  
 tes condenadas quisierẽ seguir  
 su justicia lo puedã hazer.* Hic  
 iustificatur dicta in glof. præ  
 cedente, & approbatur com  
 munis omnium intellectus,  
 scilicet, quod clausula, appella  
 tione remota, tollit solum  
 modo effectum suspensiuum  
 appellationis, non verò deuo

lutiuum, \* ita vt facta execu  
 tione sententiæ, pars condē  
 nata sequi possit suā appella  
 tionem, vt inquit Præpos.  
 in dict. c. pastoralis. num. 6.  
 in fin. de appella. & practica  
 communi sic videmus vsita  
 tum, non enim in hoc casu  
 remouetur in totum appella  
 tio, quod an per illam clausu  
 lam tolleretur in totum dis  
 putabant DD. maxime Præ  
 posit. vbi supr. num. 19. cum  
 sequentib. & licet in Senatu  
 Mediolani asserat Iulius Cla  
 rus, in pract. s. fi. quæst. 94.  
 num. 3. valere & obseruari,  
 talia statuta, & in Frācia Re  
 buf. d. tit. de appella. artic. 7.  
 glof. 2. num. 26. in grauiori  
 bus criminibus, vt & inquit  
 Petr. Gregor. in Syntagma iu  
 ris, lib. 50. cap. 2. num. 21. Ta  
 mē in nostra Hispania & de  
 iure ita demum obseruandū  
 est, si sententia condemnato  
 ria iustificata sit ex actis, &  
 non sit à iure approbata ap  
 pellatione, prout in glo. præ  
 cedēte diximus, & tradit op  
 time Præposit. vbi supr. nu.  
 7. vbi. nu. 8. tract. quod per  
 cap. vt debitus. de appell. clau  
 sula, appellatione remota, ni  
 hil

48 hil operatur, \* & sic quod per illud sit correcta Decretalis pastoralis, eiusdem tit. & quod ubique glos. & Innoc. ibidem persistunt & dicunt, quod dicentes in contrarium somniant, & quod sic Hosti. & qui post eum scripserunt inciderunt in hoc Innocencij somnium dicentes, quod imo per Decretalem illam, ut debitus, non annullatur effectus clausulae, appellatione remota, neque Decreta illa pastoralis, sit correcta, prout ibi optime considerat ipse Praepositus. dict. num. 8. & ita tenendum, quod non corrigitur, sed una Decretalis per aliam declaratur, licet verum sit, si bene consideretur, clausulam hanc, appellatione remota, parum operari, vel potius nihil, si ex processu appareat de gravamine, vel excessu, vel iniustitia, aut defectu citationis, aut iurisdictionis, vel similibus limitationum per DD. propositarum, & maxime per Praepositum. ubi supra. & Lancelot. ubi supra, in precedente glo. allegatos: & haec sufficiant pro declaratione dictae clausulae, appellatione remota, & ver

borum nostrae legis in hoc §. 13.

In. §. 14. defumitur a lege. I. §. 14. tit. 14. nostro in titulo inserta.

In. §. 15. ibi. *No auiendo quien las compre.* Id facilliter deluditur per vendentes pignora haec, asserunt enim se non reperisse emptores dantes pretium eis accommodabile, & sic foris pignora deferunt, ubi minoris venduntur & aliquando vili pretio, & cum maximis expensis partium.

In. §. 16. ibi. *No se acompañen con ninguno de sus ministros.* Ex ijs verbis inferunt ij iudices executores, posse se associare cum quolibet alio, qui non sit de ministris suis, † quasi vnius exclusio sit inclusio alterius: quod quidem facere non possunt, nam tenentur seruare formam. l. 1. tit. de las recusaciones, infra libr. 4. scilicet, quod in criminalibus cum ordinario locis se associant, & in civilibus cum homine bono: tum quia si veri iudices sint ordinarij, siue delegati, tenentur formam illius legis seruare: tum etiam, quia  
ex. l.

ex l. 27. §. 2. infra eo. expref-  
 ſi iubetur eis, quod recusa-  
 tione facta associant ſe ſerua- 50  
 ta iuris diſpoſitione, quæ in  
 dict. l. 1. proponitur, ſed ſi eis  
 hæc dixeris, vel delirare te di-  
 cent, vel quod ſtylus eorum  
 eſt in cōtrarium, & ſic ſe af-  
 ſociant prout volunt, & ita  
 immoderatas aſſeſſorias, &  
 itineris iura petūt et exquirūt  
 à recuſantibus eos, quod mi-  
 ſeri litigantes coguntur deſi-  
 ſtere à recuſatione, & ſic lex  
 noſtra de nihilo, ſeruit: Qua  
 de cauſa vt hæc medeantur  
 deberet expreſſis verbis de-  
 clarari, quod ſecum recusan-  
 tur aſſociant, ſecundū quod  
 diſponitur in d. l. 1. & debe-  
 rēt taxari aſſeſſoriæ & itine-  
 ris iura, vt pro quolibet folio  
 proceſſus darentur tot num-  
 mi & morapetini, & pro quo-  
 libet die itineris pro nuntio  
 portate proceſſum tot, vt ſic  
 technis & dolis, quibus eum  
 non eſt adminiſtranda iuſtitia,  
 & litigantium ac iudicū ca-  
 lumnijs locis nō daretur, ſed  
 tolleretur potius.

in l. §. 21. eius formam cir-  
 ca proceſſus dados in gradu  
 appellationis tabelliones ho-

rum iudicium non adimplēt,  
 neque iudices eos ad hoc cō-  
 pellunt, \* imò & ſuperiores  
 ob hæc non eos condemnant  
 aliqua pœna, & ſic litigantes  
 ſemper adeunt Curiam pro  
 adipiſcenda prouiſione com-  
 pulſoria vocata, vt eis exem-  
 plaria proceſſus reddantur,  
 & tunc cum iam receſſerint  
 à loco tabellionis coguntur  
 eos perquirere cū maximis  
 expenſis & laboribus, & fati-  
 gantur ab eis, & inſerunt in  
 exemplari commiſſionē &  
 omnia alia, quæ à lege noſtra  
 prohibentur inferi, & ſic lex  
 noſtra deluditur, & redditur  
 nullius momenti | & nunquā  
 ob hoc puniūtur ij tabellio-  
 nes, neque vidi eos punire, &  
 ſic timendum eſt illud Ecce-  
 ſiaſt. 10. Regnum à gente in-  
 gentem transfertur propter  
 iniuſticias & iniurias, & con-  
 tumelias, & diuerſos dolos.  
 51 \* Et iterum ſad Roman. 12.  
 reuelabitur ira Dei de celo  
 ſuper omnem impietatem,  
 & ſuper omnem iuſtitiam ho-  
 minum eorum qui veritatē  
 iniuſtitiam detinent. Ceteri  
 vero ſſ. huius legis clarifūt,  
 & non egent cōmentatione,  
 neque

## Commentaria ad leges

neq; præcedentes indigebāt, sed solum animaduertere, quod non obseruatur legis nostræ, & similium dispositiones, vt superiores adimplere faciāt, & inferiores ipsi maxime studeāt in legis obseruatione, quid enim eis prodest vniuersum mundū lucrari, animæ verò suæ detrimentum pati, & quam cōmutationē dabit homo pro anima sua.

In l. 6. tit. 16. lib. 3.

*Chirurgia est vna pars Medicina, quæ in tres diuiditur. num. 1.*

S V M M A R I V M.

Ordo habendus in licentijs per protomedicos dādis ad curādum proponitur in lege nostra.

**I**bi. *Agurujanos.* Qui Chyrurgi appellantur, & scientia eorū Chyrurgia, vulgo, *curugia*, quæ est vna pars Medicina. \* nam Medicina in tres diuiditur partes tempore, quo Erasistratus & Herophilus artem Medicinæ exercuerunt, vt vna esset, quæ vi etu, altera quæ medicamentis certia, quæ manu medere

tur, vt refert Tiraq. de nobilitat. c. 31. nume. 59. cum aliquibus sequent. & nu. 523. tractat, an sit ars Mœcanica, & illiberalis.

In l. 7. tit. 16. lib. 3.

S V M M A R I V M.

Ponitur in presenti ordo habendus circa examen Medicorum Chyrurgorū, et Pharmacopolarum.

**S**alubris lex & necessaria est hæc pro bono cōmuni & publico totius Regni, si cum rigore seruatur, prout debet seruari, tāquam necessaria hominum saluti & eorum conseruationi, & plura capitula huius legis sunt etiā apposita in legibus præcedētibus, vbi aliqua diximus.

Lex. 8. tit. 14. lib. 3.

S V M M A R I V M.

Cursus habendi à Medicis in arte medicinali supplendi non sunt: & vbi debent præsentare titulos sui gradus: & quod idem est intelligendum cum graduatibus extra nostra Regna.

Ibi.

Ibi. *Que por leyes de estos nue-  
stros Reynos. Appositæ sub. l.  
13. & 14. tit. 7. supra lib. 1.*

In. l. 16. tit. 1. lib. 4.

1 *V*erbū, *abusus*, nōnunquā  
in iure sumitur in bonam  
partē. nu. 1. & 2. quid si  
simpliciter proferatur.

3 *Abuti est male uti.* nu. 3.

4 *Pæna. l. nostra quando pro-  
cedat.* num. 4.

5 *Iudices an possint in actis à  
tabellionibus dominos vexa-  
ri.* num. 5.

**S V M M A R I V M.**

Describitur in præsentī or-  
do habendus per oēs tam  
verbo, quā scripto in vrba  
nitatib⁹ hac. hominū, mu-  
lierumq; tractationibus.

1 **I**bi. *Cerca de la desordē y abu-  
so q̄ ay.* In iure verbum, abu-  
sus nōnunquā sumitur in bo-  
nā partem, \*secundū Archi.  
in. c. priuilegium. ii. q. 3. quē  
sequitur glos. vel abusus, in  
Extrauag. ad cōditorē, de ver-  
bo. sig. Ioan. 22. ideò ius Ca-  
nonicum adijcere solet, non  
simpliciter dicens, vt nequi-  
ret abuti. cap. sedes. de rescri.

pernitiosus abusus. de celeb.  
mis. cap. perniciosus. vel de-  
testabilis abusus. cap. si Ca-  
nonici. in fin. de offi. ordin.  
in. 6. tamē simpliciter prola-  
tum regulariter sumitur in  
2 malam partem: † nam dici-  
mus, per abusum, id est per il-  
licitū vsum priuilegium amit-  
ti. cap. vt priuilegia. de priui-  
leg. in cap. priuilegium. i. i.  
quæst. 3. Lucas de Penna, in.  
l. vsum aquæ. colum. 1. C. de  
aquæduc. lib. 1. i. & sic abu-  
3 ti est male uti. \* l. plenum. §.  
1. & hocto, & pomis, & ole-  
ribus, & floribus, & aqua,  
vsurum, non vsq; ad compē-  
dium, id est vsq; ad lucrū, sed  
ad vsum, scilicet, non vsq; ad  
abusum. ff. de vfu. & hab. l. si  
cum dotem. §. si autem in  
fæuissimo, ibi, sed abutitur  
dote. ff. solut. mat. Abuti etiā  
dicimus re, quæ vtendo con-  
sumitur, vt pecunia, vino,  
frumento, oleo, & similibus,  
& in illis dicitur abusus, qua-  
si cōsumptio quedā per vsū,  
ita accipit Iuriscons. l. hoc Se-  
natusconsultum. §. 1. ff. de  
vsufr. earum rerum, quæ vsu  
consum. ibi si, pecuniæ sit  
vsufructus legatus, vel etiā

E earum

## Commentaria ad leges

earum rerum, quæ in abusu consistunt. Cicero etiam in topicis in argument ex contrario, sic ait, non debet mulier, cui vir bonorum suorum usufructum legauit, cellis vinarijs, & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim & non abusus legatus est. Ab indeque abusive dicitur, id est minus proprie in. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ibi nam licet minus proprie debere dicantur naturales debitores, per abusionem tamen intelligi possunt debitores. ff. de fideiussor. facit. l. 2. §. testamentum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est, sed abusive quoque ea testamenta appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta. ff. quemadmod. test. aperi. l. non aliter. in fin. delegat. 3. & l. item prætor. ibi non proprie, sed per abusionem. ff. de suis. & legi. hæc. cumque tempore istius legis homines debita urbanitate verbo & scripto cum alijs hominibus ac mulieribus uteretur, merito lex nostra

illum, non usum, sed abusum vocabit, improprijs enim vocabulis utebantur, & nisi lex nostra condita esset, iam non adessent tituli, nec nomina, quibus commodè homines inuicem uterentur, ita ut infimi, & Mœchanici homines illustres vocarentur, alij vero super illustres, nobiles Illustrissimi, Comites, Marchiones, & Duces excellentissimi, ac altissimi vocarentur, ita ut Principibus & Regum filijs adæquarentur, vel deficeret nomen Regiæ prosapiæ. Quibus de causis optimè & opportunè Rex noster hæc præuidens omnes adæquauit, secundum suorum statuum prærogatiuam, ut abusus tolleretur, fuitque hæc lex ab omnibus unanimiter recepta, in cuius contexturam solum habebis notare legis nostræ, pœnas contra eius transgressores tunc obtinere, cum scienter & ex proposito ei contrauenitur, \* non verò si erroneè aut ex lapsu lingue prout vidimus toties, & in Chancellaria absoluti sunt à pœna: In dubio tamen scienter, & ex

ex proposito censetur contrauetum, nisi per reū aliud probetur. Insuper notabis ad capit. 9. nostræ legis, quod in eius propositum inquit Castillo, in sua Politica de Corregid. lib. 3. cap. 1. num. 46. quod praxi introductū est, vt possint tabelliones in actis causæ iudicē dominum vocare, \* sed reuera est contra istud capitulum limitatiuè loquens.

In. l. 6. tit. 9. lib. 4.

S V M M A R I V M.

Iudices personaliter processus sententiandos videāt non verò per relationem tabellionū, nisi partes præsentēs extiterint.

[Bi. Mandamos. Iusta lex, & conueniens litigantibus, nè fortè tabelliones, qui quasi semper in vnā partem affectionem ponunt, merita causæ ex parte sui amici clarius & efficacius referāt, & diminutè & quasi strictis dētibus, vt aiunt, iustitiā alterius partis pronuntient, ac declarēt, q̄ est maximum dānum & litigantium incommodum.]

◦ L. 20. tit. 21. lib. 4.

- 1 *Submittens se ex contractu iudicibus Chancellariorum, vulgo, Alcaldes, quādo corā eis possit executiue conueniri, & in eius persona fieri executio num. 1.*
- 2 *Submittens se dicti iudicibus Chancellariorum cum renūtiatione proprii fori & domicili, quādo in eius bona possit executio fieri, & quomodo. num. 2. & 3. supra dicta declarantur.*
- 4 *Submittens se Presidenti & Auditoribus Regalium audientiarum quando ab eis pro executione contractus possint executores immittere, vel nō, nu. 4. ubi quid de submittentibus & Regenti, maioribus iudicibus Gallicia, vel Presidenti & maioribus iudicibus aliarum Chancellariorum, vel Regenti, ac iudicibus Hispalensibus. num. 5.*
- 6 *Differentia in casu nostræ legis inter iudices Chancellariorum maioribus & Regalium audientiarum, iudices & Præsidentes, & Regentē, & maioribus Gallicia iudicibus. n. 5.*

E 2 7 Sub-

## Commentaria ad leges

7 *Submittens se iudicibus, de Adelantamientos, quomodo sit conueniendus. nu. 7.*

8 *Submittens se iudicibus inferioribus, quomodo sit conueniendus. nu. 8. & nu. 9. apponitur limitatio.*

10 *Submittens se ex generali submissione, quomodo sit conueniendus. num. 10.*

11 *Executatio virtute submissionis, si bona & non persona in territorio reperiantur an possit capi per requisitoria, & sit remittendus. numer. 11.*

12 *Iurisdictio cui est concessa & illud censetur concessum sine quo expediri non potest. num. 12.*

13 *Iurisdictio limitata extra casum limitatum extendenda non est. nu. 13.*

14 *Fori ratione contractus sortitur, si ibi contrahens inueniatur. num. 14. & nu. 15. limitatur & declaratur.*

16 *Forum quando sortiatur ratione destinata solutionis. num. 16.*

17 *Contraxisse ibi, quis videtur ubi fuit solutio destinata. n. 17. ubi limitatur in clerico, & nu. 18. de promittente sol-*

*uere ubicumque fuerit inuentus.*

19 *Per renuntiationem fori, quod renuntiatum censeatur an competentens ex iure communi, vel speciali. num. 19.*

### SUMMARIUM.

Datur forma, & ordo procedendi in executionibus instrumentorum ratione submissionis, & potestatis exequendi iudicibus datae per contrahentes.

Ibi. *Hallandose las personas de las tales partes q̄ an si se sometieron dentro de las cinco leguas dōde las audiencias y alcaldes residē. Hic colligitur prima huius legis conclusio, scilicet, contrahēs se submittēs iurisdictioni iudicū Chācellariarum vulgo, Alcaldes, & itidem renuntians proprio foro, & domicilio, si ibidē eius persona reperiat quavis bona ibi nō habeat, † potest coram ipsis iudicibus conueniri executiuē virtute talium contractuum, ac instrumentorum, & in eius persona fieri executio intra quinque leucas, & in bonis eius extra has quin-*



quinque; leucas cum requisitoria, & non aliter. Ex qua conclusio ne deducuntur duo. Primum, quod in persona fiet executio si in Chancellaria, vel intra quinque; leucas reperiatur, in bonis autem tunc eiusdem extra illas quinque; leucas existentibus fiet executio mittendo requisitoriam & instrumentum pro eius iustificatione ad iudicem loci, ubi bona existunt, & aduerte quod in persona fiet executio capiendo & incarcerando eum, si nobilis non est, sed si est non incarcerabitur, sed fiet executio in eum certiorando eum de ea, & iubendo ut nominet bona in quibus fiat, & quod relinquat procuratorem in illa causa. Secunda conclusio, colligitur in versu sequente, incipiente. *Otro si, teniendo el tal deudor,* scilicet, quod idem sit si bona talis se submittentis dictis iudicibus cum renuntiatione proprii fori, & domicilij reperiantur ibidem, vel intra quinque leucas, nam tunc in illis bonis fieri potest executio, † & si talia bona non sunt sufficientia, meliorabitur executio in bonis talis

debitoris ultra illas quinque leucas existentibus cum requisitoria tamen & non aliter. Et haec duae conclusiones comprobantur ex dictis per Coua. in pract. c. 10. nu. 5. cum sequentibus. ubi nu. si. id de requisitoria asserit, in qua quidem vobis dictum est inserendum est instrumentum executiuum, & acta iudicis, quibus constet de iustificatione debiti & submissionis, & executionis factae iudici requisito, vel saltem cum requisitoria originaliter mitti.

Ibi. *Otro si ordenamos, que en el dicho caso de la sumissio hecha a los dichos Alcaldes de las nuestras Audiencias y Chancillerias.* Hic colligitur tertia conclusio ampliatiua duarum praecedentium, scilicet, quod dictae conclusiones procedant, \* quoad Chancellarum iudices, facta eis dicta submissione & renuntiatione fori proprii, & domicilij, etiam si persona obligati, vel eius bona non reperiatur ibidem, neque intra dictas quinque leucas, dum tamen per requisitoriam fiat executio, non enim possunt mittere execu-

tores pro tali executione faciēda ad locum, vbi executatus vel eius existent bona.

Ibi. *Y otro si mādamos, que en los contratos.* In isto versiculo apponitur limitatio præcedentis tertie conclusionis, scilicet, quod in cōtractibus, & scripturis vbi contrahens se submiserit iurisdictioni Præsidentis & Auditorum Audientiarum Regalium cū renūtiatione proprii fori & domicili, & cum clausula, q̄ si debitor nō soluerit, & adimpleuerit promissa, possint dicti Præsides, & Auditores mittere executores expēsis ipsius obligati: \* tunc enim si talis scriptura est facta inter personas, vel circa cōtractus, vbi ipsi possunt adiri per casum Curie, poterunt mittere tales executores: Et id etiam obseruandum circa Regentem & iudices maiores Regni Galleciæ, sed in casibus, qui non sunt de Corte dicti Regens, & Iudices maiores tantum poterunt cognoscere si ibidē persona obligati, vel bona eius reperiātur, & sic sunt declarandę cōclusiones in glo. præcedēte pro-

positę. & l. 27. tit. 1. lib. 3. sup. Ex quibus verbis datur intelligi, quod circa Præsidentes & Auditores aliarum Chancellariarum, quā dicti Regētis, & Auditorum Galleciæ, etiā si non sit casus de Corte, possint dictos executores mittere si scriptura cōtineat dicta: in hac glof. & nisi sic afferas exceptio præcedens de Regente & Iudicibus Gallecię videretur superflua & nō esset de regula, sed adhuc dicendum est ad eam in Præsidentibus & auditoribus Chancellariarū, quia hoc de Regente & Auditoribus Galleciæ in vers. *Y queremos q̄ esto,* nō apponitur per modū Fallentiæ & limitationis, sed potius ampliationis, et sic in vnis, et alijs idem dicendū est quando reperitur debitor vel eius bona ibidē, sed si nō reperiātur, & casus sit de Corte, possint dicti Regens & Auditores Galleciæ mittere dictos executores: sed si nō est casus de Corte nō possint eos mittere, imo neq; executionē iuberi fieri, etiā si adsit dicta submissio & fori renūtiatio, nisi in casu in quo reperiantur perfor-

persona obligati, vel eius bona ibidē: Et sic vt intelligas hāc inter hos iudices differētia & cōueniētia est, † quod si casus est de Corte data, dicta submissione & renuntiatione fori & clausula illa, quod possint mitti executores ad petitionē creditoris, idē est in vnis iudicibus, q̄ in alijs, sed si casus non est de Corte, etiā datis submissione & renuntiatione, & dicta clausula demittendo executores, nullo modo per vnos neque per alios possunt mitti tales executores, & in hoc cōueniūt ij iudices: differunt tamen in hoc vltimo casu, quando nō est casus de Corte, quod possunt iudices Chancellariarū iubere fieri executionem cū requisitoria, si ibidem persona obligati non reperiatur, Regens autem & Auditores Galleciæ non poterunt iube fieri executionem, nisi bona, vel persona obligati ibidem reperiatur, & sic versiculi ij sunt intelligendi & declarandi.

Ibi. *Y q̄ otro si, en quanto toca al Regente, luezes de Grados, y Alcaldes de quadra de*

*la ciudad de Sevilla.* Hic colliges aliam cōclusionem, scilicet, quod circa Regentem ac iudices Hispalenses, \* de quibus loquitur iste versiculus data dicta submissione et fori renuntiatione intra districtum, & iurisdictionem dictæ audientiae, idem quoad executionem seruandum erit, quod supra dictum est in iudicibus Regiarum audientiarum, ac Chancellariarum, de quibus supra in. 1. 2. & 3. cōclusionib⁹ dictū est.

Ibi. *Otro si mandamos, q̄ en quanto toca a los nuestros Alcaldes de los Adelantamiētos.* Vsq̄ue ad versi. *Y que otro si,* ponitur alia conclusio circa iudices de Adelantamiētos, qui, secundū quod prouisum est in. l. 27. tit. 4. lib. 3. supra, nō possunt vltra quinque leucas cognoscere à loco vbi resederint numerandas, ij videlicet iudices possint intra suum districtum cognoscere & exequi etiam extra illas quinq; leucas contra contrahentes illis se submittentes, \* & renuntiates suo proprio foro ac domicilio, quoties tales contrahentes sunt

## Commentaria ad leges

personę habētes iurisdictionem, vel iustitię administrationem, vel concilium alicuius populi: circa alias verò personas priuatas ita demū possint, si personę vel bona eorū reperiātur intra dictas quinque leucas à loco, vbi resederint numerandas.

Ibi. *Y q̄ otro si en quāto toca a los otros juezes y tribunales del Reyno.* Hic incipitur tractari de tribunalibus iudicū inferiorū, in quibus & cū eis colligitur ex lege n̄ra hęc cōclusio, iudices aliorum tribunalium inferiorū Regni virtute contractuum & scripturarum exequibilium cū submissione & renuntiatione proprii fori ac domicilij nō possunt procedere ad executionem eorum si personę, vel bona ipsorum in sua iurisdictione non reperiuntur.

- 8 \* Quę quidem conclusio limitatur ex text. nostro duobus modis, vt non procedat;  
9 \* quoties cōtrahens hic obligatus se submittens specialiter illis iudicibus & renuntians proprio foro, vel ratione contractus, vel ratione solutionis ibidē faciendę sorti-

tur forum illius iudicis, cui se submisit specialiter: nam tunc etiam si ibi persona, vel bona non reperiātur exequi potest per iudicem, & cum requisitoria fieri executio in loco, vbi talis obligatus habitat, vel bona habet.

Ibi. *Y otro si mādamos, que en virtud de las submisiones generales.* Hic cōstituitur alia & finalis cōclusio in hac materia, scilicet, q̄ virtute submissionum generalium \* eorū, qui se submittūt cuilibet foro iurisdictioni, & iudicis corā quo se submittens exequi possit, etiā si foro & domicilio renuntiet cum quibuslibet clausulis, non potest talis iudex procedere ad executionem nisi tantum persona vel bonis in sua iurisdictione repertis. Quę omnia obseruanda sunt, nō obstantibus quibuscunque clausulis, conditionibus, verbis, ac renuntiationibus nostrę legis, in talibus scripturis insertis, & hęc in effectu n̄ra lex resoluit, cōstituit, ac disponit. Sed in propositum harū duarum posteriorū conclusionū vidi semel in facto dubitari, quid si in

si in casu in quo exequi potest obligatus si ibidem bona, & non persona, reperiantur contingat, quod repertis bonis in iurisdictione iudex processit ad petitionem creditoris exequendo in eis, nunc poterit tãquam iudex cause per requisitoriam directã iudici ubi executatus habitat petere, vt in persona illius fiat executio & capiatur, & remittatur sibi, & sic quod omnino sit remittendus iudicis requirenti, & videbatur dicendum quod sic, quia iudex causæ preparantis est etiam præparatæ, & cui iurisdictione conceditur in vno, videtur & in alio concedi sine quo exerceri non potest, \* ex text. & materia. in. l. cui iurisdictione. ff. de iurisdictione. omnium iudicum. Nihilominus tamen contrarium in facti respondi, scilicet, quod non posset, quia solum huic iudici inferiori conceditur cognitio contra personam obligati si ibidem reperiat, si ergo non reperitur, nulla datur cognitio, ergo non potest petere personam sibi remitti, quia

hoc non conceditur, & quãuis in bonis in sua iurisdictione repertis exequatur, non censetur concessum, vt facta executione in bonis illis, fiat in persona non ibidem, sed alibi extra suam iurisdictionem reperta, quia limitata causa limitatũ producit effectum, & limitata iurisdictione ultra casum limitatũ, \* non est extendenda, ex capit. P. & G. de offic. dele. & ex dictis per nos in. l. 2. num. 5. 6. & 7. titul. 3. lib. 8. infra, & quia lis adhuc sub iudice remansit amplius nõ insisto.

Ibi. *Por razón del contrato.* Sed quomodo hoc potest esse cum ratione contractus, tunc demum sortitur quis ibi forũ si ibidem cõtrahens inueniatur, † ex text. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in. 6. vbi & in capit. final. de foro comp. omnes tenere asserit Couar. in pract. c. 10. nu. 3. & vsque ad num. 5. plura ex hoc infert ex ibi dictis in. d. nu. 5. in prin. diluitur hæc difficultas, vt scilicet text. noster in ijs verbis procedat, in quibus probat,

E 5 ratio-

## Commentaria ad leges

ratione contractus sortiri forum contrahentem, & posse contra eum executionem fieri, quoties obligatus ille se submitit iurisdictioni iudicis loci contractus, & renuntiauit proprio foro, & domicilio: tunc enim etiam si ibi non reperiatur eius persona, vel bona exequi potest in loco domicilij vbi habitat per  
15 requisitoriam, † vt dictū est in alijs casibus, vbi id fieri potest, & hanc ibi cum glos. l. 1. ff. si quis in ius voc. nō ierit: omnes tenere asserit ipse Co  
uar. in. d. nu. 5. in prin. idemque erit in alijs duobus casibus positus per Couar. idem nu. 6. vers. decimo, & vndecimo. & per gl. ibi in. l. 5. 2. verbo, *en aquellos*, tit. 2. part. 3.

Ibi. *Por razón de la paga.* Putà cum quis soluere promissis in certo loco & proprio fori renuntiauit cū submissione, nam tunc etiam si in loco destinatae solutionis nō reperiatur, erit nihilominus causae huius examinatio & cognitio remittenda ad iudicem loci in quem fuit destinata solutio, \* vt omnes  
16 tenere asserit Coua. vbi supr. 18

d. nu. 5. vers. sexto subdeducitur: nam secundum eum ibi constat locum destinatae solutionis parem, & similem esse in hac re loco contractus, cū ibi contraxisse quis videatur, quo solutionem destinavit. † l. cōtraxisse. ff. de actio. & obli. vbi in versic. octauo, hoc limitat, nisi hoc factum sit à clerico absq; propriij ordinarij licentia, nam tunc nihil valeret, ex. c. significasti. de foro compe. & idem erit vbi quis soluere certo loco promissit, & in eo se praesentare, nam tunc ad eum locū fiet remissio quoties de praemissa solutione tractabitur, vel itidē quoties quis soluere promissit debitā pecuniae quantitatem in certo loco & tempore, nepe in nundinis quibusdam, nam & si in loco nundinarum tempore nō reperitur poterit ibidem conueniri & exequi, ad eumque locū remissio est facienda praestita requisitoria, vt dictum est, & tradit Cou. vbi supr. nu. 7. & quid si quis promissit soluere vbi cūq; fuerit inuentus, \* tradit Suarez in. l. post re. 8. q. incip. circa iudicem. nu.

19. & 20. fo. 354. ff. de re iu.  
Et an per renuntiationem fo-  
ri censeatur quis renuntiare  
foro suo cōpetenti ei de iure  
19 cōmuni, \*an vero illi, ei cō-  
petit de iure speciali, tradit  
Goua. vbi sup. nu. 5. vers. sep-  
timo vt semel. Et hæc pro  
hac lege dixisse sufficiat.

Leges. 21. 22. & 23.

tit. 21. lib. 4.

1 *Ors. 24. nostra. l. 23. an  
currat debitori scienti ante  
requisitionē solutionis. n. 1.*

2 *Scientia non sufficit ubi fa-  
ctum requiritur. nu. 2.*

3 *Intellectus nostra. l. 23. n. 3.*

4 *¶ n. 4. limitatur. l. in finali  
his verbis, in quantū de de-  
posito loquitur.*

S V M M A R I V M.

Decima non est soluenda ab  
executato soluente intra. 24  
i horas, neq; aliud executio-  
nis ius est soluendū: imo &  
depositādo intra dictū tem-  
pus postquā executatus re-  
quisitus fuerit soluere suffi-  
ciet dum tñ id intra 3. dies  
executāti notificetur, et hoc  
si nō est ex partium cōuen-  
tione solutio in alio loco  
particulari faciēda: hæc sūt,

quæ in effectu; hæc tres no-  
uæ leges disponūt, de quib⁹  
dixi in. l. 18. supra isto tit.

IN quarum legum declara-  
tionem primo notandum  
est, quod in quātum lex hæc  
23. inquit, quod sufficit de-  
positum fieri intra. 24. horas  
postquā debitor fuerit requi-  
situs, videtur tenendū, quod  
hęc horæ nō currāt debitori  
1 scienti, nisi & fuerit requisi-  
tus, ex dictis per nos in. l. 2. in  
glos. *Supratorador*, in fin. tit.  
7. supra isto lib. Et quia que-  
ties factum requiritur nō suf-  
ficiet scientia, nisi adsit factum  
2 ipsum, \* & sic requisitio, ad  
limitationē regulæ iuris, cer-  
tioratus nō debet vltē ius cer-  
tiorari: nam intelligitur nisi  
vltra scientiā, & sic certiora-  
tionem factum requiratur:  
nam tunc scientia factum re-  
quiritur, neq; sufficit, vnum  
sine alia, vt alibi diximus. Se-  
cundo notabis, quod lex ista.  
23. loquitur & procedit, vt  
ex eius supplicatione appa-  
ret, secundum quā respōsio  
est intelligenda loquitur, in  
quam & procedit, quod  
executio fit in aliquo loco  
iurisdic-

## Commentaria ad leges

iurisdictionis in cuius capi-  
te petita est executio, nō ve-  
ro quoties in vno & eodem  
loco petitur, & fit executio:  
nam in hoc casu non suffi-  
cit depositum facere, & re-  
quirere cum eo creditorem  
intra tres dies, sed debet solu-  
tio debiti fieri intra. 24. ho-  
rat, prout loquitur lex no-  
stra. 21. aliter enim esset huic.  
l. 23. contraria, & ideò de-  
ficit traductor huius legis  
in hoc, quia eius contextu-  
ram debebat traducere tam  
ex supplicatione, quam ex  
decisione, & sic deficit in  
multis alijs legibus, ex qui-  
bus rationem proœmij de-  
sumere debuit, vt decisio  
per eum proposita intelliga-  
tur, aliter enim maxima du-  
bitandi occasio relinquatur,  
prout in terminis harum le-  
gum vidi dubitare & inter-  
rogare me quendam aduo-  
catum, quem nisi sic eum  
instruerem in maximum ca-  
debat errorem. Tertio notā-  
dum est, quod supra dicta  
ex finalibus verbis huius. l.  
23. limitatur, vt non proce-  
dant quoties destinata est so-  
lutio in aliquem locum par-

4 ticularē: \* nam tunc non  
sufficiet depositare, & intra  
tres dies certiorari de deposi-  
to executatē, sed omnino de-  
bet pecunia portari ad locū  
destinatę solutionis, & solui  
intra dictos tres dies credito-  
ri exequenti: nam cum in  
præcedentibus dispositū sit,  
depositum sufficere in casu  
dict. l. 23. certioratione de  
eo facta intra dictos tres dies  
post rēquisitionem, necessa-  
rio versiculus finalis excepti-  
uus est intelligendus, quod  
depositum non sufficiat, &  
eius certioratio, quoties solu-  
tio debiti est destinata in ali-  
quem expressum & particu-  
larē locum, sed tūc ibidē rea-  
lis solutio facienda est intra  
dictos tres dies: nam cum lex  
nostra in hoc casu termi-  
num non assignet, necessa-  
rio est intelligendum, termi-  
num illorum trium dierum  
esse pro solutione hac facien-  
da assignatum, in finali ver-  
siculo nostræ legis. 23. & sæ-  
pe à nobis notata regula, q̄  
vbi lex vnū disponit & alte-  
rum præsupponit, vt habeat  
locum dispositū debet veri-  
ficari præsuppositū, & quia  
exceptio



exceptio debet esse de regula, lex autē nostra presupponit de deposito, & eius certioratione facienda intra tres dies disponit autem hoc limitando, vt non procedat quoties destinata est solutio incertum & particularem locum: nam tūc ibidem est omnino solutio faciēda, ergo necessario est intelligendum, solutionem hanc intra illos tres dies postquam debitor est certioratus & requisitus esse faciendam, & si intra eos fit, excusatur decima & quęlibet alia expensa, vltra eos vero minimē excusatio hæc fiet.

**Lex. 24. tit. 21. lib. 4.**

- 1 *Sententia tertij calculato-  
ris in discordia positi si sit  
conformis cum vno ex cal-  
culatoribus, vel partim cū  
vno, & partim cum alio, an  
exequatur. num. 1.*
- 2 *Liber rationū si restituatur  
ab eo qui rationes reddere  
debet, ex quibus eū esse debi-  
torē apparet, potest nō aliter  
citatus condemnari. nu. 2.*
- 3 *Executio nostra. l. an resul-*

*tetex confirmato, vel ex cō-  
firmante. num. 3.*

- 4 *Fideiussio nostra. l. an da-  
ri debeat, licet nō petatur. nu-  
mer. 4. remissiuē.*

**S V M M A R I V M.**

Vota calculatorum conformia confirmata ex sententia iudicis exequenda sunt sine obstaculo appellationis.

**I**bi. *Los Contadores nombra-  
dos por las partes.* Et sic ter-  
tij positi in discordia horum  
calculatorum sententia non  
exequatur, \* etiam in ijs,  
in quibus concors est cum  
vno ex calculatoribus, vel par-  
tim cum vno & partim cum  
alio calculatore, eo quod ter-  
tius hic à iudice non vero  
à partibus nominatur: item  
quia cum calculatores sint  
differētes, nullū eorū iudiciū  
est exequendum, quia cum  
sint diuersi & cōtrarij nullo  
modo per iudicem confir-  
mari possunt, & sic vidi plu-  
ries non exequi horum cal-  
culatorum vota non con-  
formia

## Commentaria ad leges

formia, neque tertij à iudice nominati, sed potius annullari, executionē si quē fit.

Ibi. *La tal sententia se execute sin embargo de apelacion,* Nam si is, qui rationes debet reddere librum rationū restituit, ex quibus appareat eum esse debitorem, potest non aliter citatus condemnari, \* ex text. & ibi Bart. in. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de adm. rerum ad Ciuit. per ti. Tiraq. in tractat. res inter alios acta. nu. 52. nimirum, quod vota conformia, in eo quod conformatur calculatores, & per iudicem confirmatur, exequi debeant. Sed an tunc agitur ex confirmato, an vero ex confirman-

te, \* & dicendum est quod ex vtroque, cum vtrumque lex nra copulatiue requirat,

Ibi. *En la ley de Madrid:* quæ est. 4. huius nostri tituli, vbi plura diximus, & præsertim an fideiussio debeat dari etiam si non petatur.

Lex. 31. tit. 25. lib. 4.

1 **I** Ex nostra procedit tantum in illis locis vbi de-

*positarius generalis adest.*  
num. 1.

### S V M M A R I V M.

Tabellio concilij Ciuitatis aut Populi vbi adest depositarius generalis habeat librum in quo antequam traditio rerum depositarum ipsi depositario fiat inscribatur ratio vera & ampla rerum ipsarū, & Auditores Regijs consilij videant qua forma debet exequi.

1 **I** Bi. *Donde ay, o ouiere oficio de depositario.* Non enim in omnibus locis loquitur lex nostra, \* sed in illis tantum vbi adest depositarius generalis, secundum quod disponitur in. l. 13. tit. 9. lib. 3. supra.

In. l. 32. tit. 25. lib. 4.

1 **T** Abelliones tenentur tradere processum etiam parte non petente intra duos dies post decem ad sententiā dū. nu. 2. 1. Concilium potest eligere duos Rectores seu Decuriones ad terminandū casum per legē sibi commissum in causis decem millia morapeninarū.  
num. 2.

3 **D**ecu-

3 *Decuriones electi tenentur parte non petente causam intra terminum à lege praefixum determinare, sub pœna eiusdem legis. nu. 3.*

S V M M A R I V M.

Tabelliones intra duos primos sequentes dies postquam incoeperint currere decem dies ad sententiandum \* assignatos secundum terminos. l. 7. tit. 18. isto lib. 4. tenentur tradere processum etiã parte non petente ad determinandum illum, sub nostri text. pœna.

2 *Ibi. En los casos que habla la ley. 7. scilicet in causis decem mille morapetitorum in concilio Ciuitatis † aut Villæ in gradu appellationis terminãdis per duos Rectores per concilium illud electos & ad hoc nominatos, & est salubris dispositio pro executione illius. l. 7. & adimplemento contentorum in ea.*

3 *Ibi. Entreguen luego los procesos. † Rectoribus, scilicet*

cet in iudices per concilium Ciuitatis, & Villæ nominatos, ij enim sunt, qui debent processus & causas illas determinare, & pro determinatione cum consilio assessoris tenentur intra decem dies illos sententiare sub pœnis illius. l. 7. tit. 18. supra isto lib.

*Ibi. Aunque la parte no lo pida. Ad limitationem text. & eius materie in. l. 4. s. hoc autem. ff. de dam. infect. vbi iudex non tenetur impartiri officium suum nõ petitum, quod fallit in ijs iudicibus de quibus in nostra. l. & in dict. l. 7. ad quam nostra se refert, nam cum per illã. l. 7. iniungatur ipsis Rectoribus iudicibus, vt causas coram eis pēdentes intra decem dies postquam triginta dies partibus assignati decurrerint, determinent, ipsis incumbit hoc aduertere, & vt allegare nõ possint, quod non fuit traditus processus in tempore, neq; requisiti fuerūt à parte, lex nostra disposuit de remedio, vt tabellio causæ curare hoc debeat, & tradere processũ ipsis Rectoribus in termino*

## Commentaria ad leges

mino nostrę legis, & sub eius pœna, eò quod tabellio melius quam Rectores sciet, an sint lapsi vel nõ triginta dies partibus assignati pro allegãdis iuribus suis probandis & præsentandis, & facta eis traditione processus pœna & interesse partium periculo ipsorum Rectorum ex tunc erunt, non vero tabellionis in tempore eis tradentes processum.

### Lex. 2. tit. 27. lib. 4.

**I** *Vra tabellionis potest Rex ampliare & diminuerē sicuti eos creare potest. num. 1. & 2.*

### SUMMARIUM.

- I** Ampliat lex nostra, \*iura tabellionum in casibus & clausulis in ea descriptis ad limitationē & declarationē legis præcedentis.
- I** *Bi. Madamos.* † Regi enim pertinet imponere taxam tabellionibus, sicut & eos creare & approbare, vt suo loco dictum remanet.

### Lex. 11. tit. 3. lib. 5.

- N** *Ullo modo possunt mulieres exire in publicum cooperta facie sub legis pœna. num. 1.*
- V** *erus ad huius legis intellectus datur & plura de honestate mulierum traduntur. num. 2.*

### SUMMARIUM.

- I** Mulieres facie † cooperta in publicum exire non debent cuiuscumque sint qualitatē sub nostri text. pœna, & quod iudices ex officio circa hoc procedant, sub comminatione refidētia.
- I** *Bi. Pueda yr, andar, ni ande tapada el rostro en manera alguna.* Lex hæc iusta, † & causa honestatis conseruandæ facta est, & inhonestæ vitæ contrariæ, & honoris mulierum conseruatiua: honestas enim est quasi honoris statū conseruans, vnde honestum est, quod sua vi trahit, & ad dignitatem allicit, & est virtus contraria turpitudini honestas, & matri indecentiæ cõtrariatur, secundū Archid.  
in.c.

erit autem lex. in princip.  
4. distin. vnde Ecclesiastes  
11. dicitur, honestas, &  
paupertas à Deo sunt. Et  
Sapien. 7. Venerunt mihi  
omnia bona pariter cum  
Sapientia, & innumerabi-  
lis per manum illius Habe-  
turque honestas in con-  
sideratione, præsertim in  
ijs, qui cæteris exemplo  
esse debent. Et sic sicut à  
iure diuino, sic & à iure hu-  
mano honestas attendi de-  
siderarique solet. Ex quo  
primo dicit text. in. l. ex  
damni infect. in fi. prin.  
ff. de damni infect. ho-  
nestus modus seruandus  
est, non immoderata cu-  
iusque luxuria subsequen-  
da. Secundò dicit text. in  
l. fina. C. nè fis. rem. quam  
ven. euin. libr. decimo,  
retractare fiscum, quod  
semel vendidit æquitatis,  
honestatisque ratio non pa-  
titur. Tertiò dicit text. in  
capit. primo, de for. fidel.  
in vsib. feudor. vassallum  
debere domini sui hone-  
statem procurare, & idem  
dicit text. in capit. de for-  
ma. 22. quæstion. 5. Quar-

to dicit. text. in capit. ho-  
nestum. ea. cau. & quæstio.  
honestum videtur, vt qui  
in sanctis audet iurare, hoc  
ieiunius faciat cum omni  
honestate, & timore Dei.  
Quinto, dicit text. in. l. non  
aliter. ff. de vsu. & habit.  
non aliter mulier ( cui,  
supple, est concessa habita-  
tio) hospitem recipere po-  
test, quam si is sit, qui ho-  
neste cum ea, quæ vsu  
habebat, habitaturus sit. Sex-  
to dicit text. in. l. eos qui.  
circa medi. ff. de decurio.  
inhonestum puto esse per-  
sonas flagellorum ictibus  
subiectas in ordinem reci-  
pi, & maximè in ijs ciui-  
tatibus, quæ copiam vi-  
rorum honestorum ha-  
beant. Septimo, dicit text.  
in. l. semper. ff. de ritu  
nupti. Semper in con-  
iunctionibus matrimoni-  
um non solum quod li-  
ceat considerandum est, sed  
etiam quod honestum sit.  
Et ideò ex iure canoni-  
co, cui statur in materia  
matrimoniali inter cæte-  
ra impedimenta matri-  
monij comperitur impedi-  
men-

F men-

## Commentaria ad leges

mentum publicæ honestatis, quod ex sponsalibus oritur, & nedum matrimonium impedit, sed etiam dirimit iam contractum, capit. duo pueri. cum gloss. honestatis. de despon. impub. c. 1. §. 1. & §. porro. eod. titul. in. 6. Quod honestatis impedimentum restringit Cōcil. Tridenti. session. 24. de refor. capit. 3. & an in sponsalibus de præsentī hoc decretum procedat, disponitur per Motum proprium Pij. V. super impedimento publicæ honestatis: vides igitur quantum honestas commendetur, & id præcipuè in mulieribus debet obseruari, & occasio turpitudinis tolli, prout per legem nostram prouidetur, vt & alia inconuenientia ex cooperta facie tollantur. Sed nomine dicitur Ecclesiast. 9. Averte faciem tuam à muliere compta, & nè circumspectas speciem alienam: Quia vt inquit text. in capit. nec folo. 32. quæstion. 5. non solum tactu, sed aspectu quoque, appetitur, & ap-

petit concupiscentia fœminarum: si ergo ita est, non nè melius erit, mulieres ambulare facie cooperta, quàm comptam & apertam & visibilem trahere faciem, ne hominibus sit incentium concupiscendi? sed quia lex nostra non permittit comptas mulieres ambulare, neque quod homines facies earum videant & perspiciant, sed feruent dictum illud Sapient. dict. capit. 9. Ecclesiast. Ideò cum hoc per illud capit. sit prohibitum, prouidet in præsentī Legislator, vt & alia inconuenientia tollantur, nè mulieres cooperta ambulent facie non tamen ex hoc censetur permitti, vt homines facies eorum ad concupiscendum perspiciant, sed in suo esse remanet dictum illud Sapientis, Ne faciem mulieris homo intueatur, ne ad concupiscendum eam alliciatur.

Ibi. *En todos nuestros Reynos.* Verba hæc generalia de urbanitate sunt restringenda, prout

prout regulariter restringuntur, ex. l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. & sic vt intelligatur & procedant in locis, & populis illis, vbi si mulieres facie cooperta ambulauerint, militat in inconuenientia in praefatione nostrae legis, & sic in supplicatione proposita & ostensa, prout militat in curia, Hispali, Pinciae, & in alijs magnis & populosis locis ex diuersis generibus habitatis, vbi viri non cognoscunt vxores suas coopertas, nec parentes filias, ob multitudinem mulierum coopertarum vagatim ambulantium, quod & vbi volunt, mutatis plerumque vestibus: Sed in populis paruis, prout hic Placentiae & similibus, vbi omnes cognoscuntur mulieres quantumcunque coopertae ambulauerint, & secum portant scutiferos cognitos, & plerumque filios suos, & filias, cessant legis nostrae rationes, & consequenter eius dispositio & poena, ex text. & materia in capit. cum cessante. de appellat. prohemiumque legis inducit cau-

sam finalem, qua cessante, cessat lex. Quod quidem prohemium saltem eius rationes sub breuibus verbis legum compilatores debent transcribere, vt sic melius mens Legislatoris percipiat, & ratio legem condendi, vt secundum eius rationem dispositio & poena reguletur, & ne detur auidis iudicibus ansa molestandi subditos, & extorquendi ab eis pecunias contra mentem legis.

In. l. 24. tit. II. lib. 5.

**Q**UIA Nullam habet dubitationem non indiget summario. num. 1.

SUMMARIUM.

1 Nullus emat legumina in lege nostra declarata ad reuendendum ea, sub eius poenis.

**I**Bi. Ni cõpre garrob as, ni yeros, en poco ni en mucha cãtidad para lo tornar a vèder. Et hoc quia vt apparet ex supplicatione Regi nostro facta,

F 2 pro

## Commentaria ad leges

pro construenda hac lege est hoc principale boum nutrimentum, quo quidem per dardanarios empto, carius per eos solebat Rusticis vendi, & sic deficiebat cultura ob excessiuum pretium in quo vendebatur, & quia similibus Reip. destructori- bus est coarctanda via, ac licentia destruendi homi- ne, ita necessarios Reg- nos, sicut sunt Rustici, ideò lex nostra reuenditioni ho- rum leguminum iustè pro- uisit.

In. l. 25. tit. II. libr. 5.

**N**ON Potest per dar-  
danarios vendi sal,  
vel emere ad reuenden-  
dum cum ampliacioni-  
bus & limitationibus, de  
quibus in nostra lege &  
glo. num. 1.

### SUMMARIUM.

Sal non ematur ad reuen-  
dendum, † sub nostræ le-  
gis pœna, nisi per tragi-  
narios trahentes illud de  
vno loco ad alium pro  
prouisione ipsorum lo-  
corum, dum tamen sal

non includant in domi-  
bus & horreis, vbi illud  
trahunt.

**I**bi. *No aya regatones de sal.*  
Licet enim vendi, & emi  
sal possit, ex. l. magis puto.  
in princip. ff. de rebus eo-  
rum. & in. l. si quis. ff. de  
vecti. & com. nisi consue-  
tudo esset in contrarium, se-  
cundum Her. & Aluaro. in  
l. 1. C. quæ sint Regal. in vfi.  
feudor. not. in capit. super  
quibusdam. §. præterea. de  
verborum signifi. Cœpola  
in. l. inter publica. §. 1. ff.  
de verborum signifi. dixi in  
l. 3. tit. 18. numer. 10.  
cum seqq. libr. 6. supra. Ex  
legè tamen nostra per viam  
reuenditionis nullo modo  
vendi potest, per dardana-  
rios vulgo, *Recatones*, y re-  
uendedores. Nè aliter carius  
vendatur: & est iusta, ac sa-  
lubris dispositio. Inquitque  
Craueta, consil. 6. numer.  
111. cum sequenti. quod si  
quis conduxit fundum, in  
quo vana salis reperiatur,  
potest optime sal vende-  
re, neque dicitur negotia-  
tor, nec reuenditor. Et

nota,



nota quod licet sal sit optimum condimentum, vt inquit Iob. 6. capit. Num quid poterit commedi insulsum, quod non est sale, conditum? & Diui. Marci. 9. in fine, bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? & sic pro sapientia & discretionem ponitur ibi sal, & in multis alijs locis. Et in condimentis immittitur, vt saporem habeant: tamen vt Plutarchus, Symposiaca, Decade. 5. capit. 10. & in libro de Iside, & Osiride scribit. *Aegyptios Sacerdotes castitatem inofensam seruare, ideoque illos à salis usu abstinere, vt qui caloris libidinem concitet: Et idem Plutarch. causarum natural. capite. 3. Et an salinaria sint de regalibus dixi in. l. 31. numer. fina. titul. 8. libro. 6. supra, & in alijs mineris & metallis in. l. 1. in fin. & in. l. 2. titul. 13. eod. libr. 6. vbi in fin. illius legis 1. allego alios de ijs tractantes tam in iustitia, quam in conscientia, maxime per*

Barbos. ibi allegatum, & quia de ijs Regalibus integer vnus liber requiritur, fortassis fauente Deo plura dicemus. Et nota, quod licet lex nostra, dum vendere sal dardanarijs prohibet, videbatur alijs permittere, hodie tamen cum Rex omnes salinas Coronæ suæ Regiæ applicauerit, & incorporauerit, nullus sal vendere potest nisi ille, cui ipse concesserit, conduxerit vè salinaria, & cui conductor ipse, ex ipsius Regis permisso concesserit, prout inquit Alciat. in dict. l. inter publicas. de verborum signifi. Dicens, his tantum permillum vendere sal, qui à fisco hoc ius emerunt, & si sine venia, & licentia eorum emere, vel vendere quis tentauerit, in pœnas incidet, vt relato Alciato inquit Benuenu. de mercat. 4. part. numer. 30. insertus inter decisiones Genuenses. & Barbosa. in. l. Diuortio. §. si vir. numer. 29. versic. adeò quidem. cum seq. ff. solut. matri.

## Commentaria ad leges

In. l. 26. tit. 11. lib. 5.

**P**roxenetis prohibetur emere & vendere res suas, nec etiam per interpositas personas sub legis pœna. numer. 1.

### S V M M A R I V M.

**P**roxenetæ non possunt emere, vendere, vel contrahere in mercantijs cuiuslibet sint qualitatis persone, neque interpositas personas, neque possunt eas ad vendendum habere, si propriæ suæ sunt, sub nostri text. pœna, neque itidem poterit proxeneta vnus emere res traditas alteri proxenetæ ad vendendum, sub pœna inserta in præfenti.

**I**bi. *Pueda comprar.* Ampliat lex hæc dispositionem text. in. l. decimaquarta, tit. decimosecundo, proximo sequente, vbi aliqua diximus de ijs proxenetis.

Ad tit. 21. & 22. tit. 14. lib. 5. adde, quod est facta alia

& noua pragmatica condita Madritij, vltimo die mensis Decembris, anni 1593. publicata ibidem decimonono die mensis Ianuarij, anni. 1594. qua quidem datur mensuræ numerus in sericis adijciendus siue sint vnus pili, siue pluris, quam quidem pragmaticam cito videbis additam huic Recopilationi, ideo ego eam non addo.

In. l. 9. tit. 14. lib. 5.

- 1 **I**N Quibus casibus possunt indices dardanijs pretium vini assignare. numer. 1.
- 2 *Quæ requisita debet haberi tabellionis testimonium, vt fides adhibeatur in casu huius legis.* numer. 2.
- 3 *An falsitas committatur in parte, vel in toto bene discutitur & plures adducuntur limitationes per Anton. de Padilla.* numer. 3.
- 4 *Verus intellectus ad legem istam.* numer. 4.

5 *Secun-*

§ *Secundus intellectus ad legem istam* § quod non loquatur in vicinis populorum, sed in tabernarijs, seu dardanijs. nu. 5.

S V M M A R I V M.

1 Iudices dardanarij + pretium vini non assignent, nisi prius testimonio publico constiterit, an in emptione dicti vini aliqua gratia facta fuerit, & quo pretio vinum emptum sit, & tunc habita pretij, ac gratiæ consideratione assignandum est pretium, quo vendi possit per dictos dardanarios tabernarum. Qui id quidem si aliquam fraudem, vel technam in testimonio fecerint in amissionem vini, sunt condemnandi cameræ denuntiatori & iudici applicandi.

2 *Ibi. Por testimonio publico.* Et sic à tabellione publico loci illius, vbi venditur & emitur vinum testimonium est conficiendum, dando fidem de pretio & de gratia, si quæ facta sit, vel secun-

dum quod in lege sequente disponitur deficiente tabellione.

*Ibi. Y el comprador que en los tales testimonios, o en parte de lo en ellos contenido hiziere algun fraude, o encubierta, pierda el tal vino.* Ex ijs verbis duo notanda sunt. Primum, quod in præsentifraus & techna ( & sic falsitas, quæ consistit in tacendo verum, sicut & in exprimendo falsum ) punitur si in parte committatur, sicut si in toto committeretur, vt denotant verba illa, *O en parte de lo en ellos contenido.* Redditur enim ex hoc totum testimonium suspectum: nam & si instrumentum contineat plures actus, attamen instrumentum ipsum dicitur quid indiuiduum, ex quo vno eodemque tempore confectum fuit ab eo notario, cuius persona fuit approbata quoad actum illum totum simul conficiendum, vt scribunt Bartol. colum. fin. versic. breuiter. Alexand. colum. fin. Curci. Senior. nu. 48. in l. si ex falsis in. 1. lect. C.

## Commentaria ad leges

de transactio. & hoc quoties  
ex defectu tabellionis falsitas  
prouenit, vt ibidem Menes.  
num. 14. versi. si instrumen-  
tum, & Meno. de præsump.  
lib. 3. præsump. 63. num. 8.  
& 9. vbi se remittit ad lib. 5.  
præsum. 20. casu. 1. & Mene.  
vbi supra, hoc limitat qua-  
tuor modis. Primò, dummo-  
do falsitas sit in parte substan-  
tiali. Secundò, si in principali,  
& non circa accessoria com-  
mittatur. Tertiò, dummodo  
falsitas sit vera non præsum-  
pta. Quartò, si pars confitea-  
tur in aliquibus capitulis nõ  
adesse falsitatem, sed in vno  
tantum: Quæ quidem limi-  
tationes solum duæ primæ  
non considerentur, puta si  
esset in parte non substantia-  
li, vt exemplificat Paul. Cast.  
in dict. l. si ex falsis. num. 12.  
si tabellio dicit fuisse factum  
testimonium in domo Titij,  
cum non esset Titij, sed Sem-  
pronij: dum tamen in alijs  
veritas exprimat, puta qd  
vinum erat Titij, & pretio-  
tali & cum tali gratia emp-  
tum. Secūda item limitatio  
habebit in præsentī locum si  
circa accessoria fiat, vt si cir-

ca pœnã, vel vsuras, vt si in te-  
stimonio dicatur, & quod  
venditor vini fecit, sibi illud  
securũ sub pœna, & vsuris,  
in ijs enim duabus limitatio-  
nibus non vitaretur testimo-  
nium hoc, si in substantiali,  
& principali verum esset, in  
alijs verò duabus limitationi-  
bus tertia, & quarta falsitas in  
substantiali & principali fa-  
cta, vel in aliqua eius parte  
vitaret: nam si preti fiat mē-  
tio, non verò de gratia, vel è  
contra, vtique pro falso puni-  
retur pœna nostri text. Sed  
an corruent omnia instru-  
menta notarij vnum falsum  
instrumentum conficientis,  
vide DD. in dict. l. si ex falsis.  
& per relatos per Meno. vbi  
supra. Secundò notabis t ex  
ijs verbis, quod lex nostra nõ  
imponit pœnam vendenti  
vinũ sine testimonio aliquo:  
hoc enim remanet in disposi-  
tione statutorum municipa-  
lium locorum, vbi tale vinũ  
venditur prohibentium ven-  
di sine licentia iudicis, aut  
consistorij: & sic si quis ven-  
dat vinum sine testimonio,  
ac sine licentia, non incurrit  
pœnam nostri text. quæ so-  
lum

lum eam imponit illis, qui testimonia vera non afferunt, & cum sit lex pœnalis non est extendenda, vltra casum in quo loquitur: sed alijs pœnis tunc punietur vendens vinum sine licentia iudicis, aut præsidis à consistorio cōstituti ad eam licentiam præbendam. Item nota, † quod lex nostra loquitur & disponit quoties vinum emitur, & venditur in populis per tabernarios publicos, & dardanarios vini minutatim in domibus suis, vel alijs illud vendentes, prout ex petitione, & supplicatione præstita per procuratores curiarum, cuius occasione responsio nostræ legis data est, apparet manifeste, & ex summario ad nostram legem proposito, quod desumpsit compiler ex petitione illa, ita vt non habeat locum lex nostra in foraneis, qui in die mercati, vel extra mercatum afferunt vinum ad vendendum, *Por arrobas, o medias arrobas,* vt Hispanè loquar: ij enim nullum tenentur testimonium afferre, licet sine licentia iudicis, vel Rectorum à concilio populi

deputatorum vendere non possint nisi pretio ab eis constituto sub statutorum municipalium pœnis, prout quotidie videmus fieri, & ideo vt iam iterum dixi sub breuibus verbis deberet in contextura harum legum apponi ratio finalis condendi eas, & cum quibus loquitur personis, nē iudicibus occasio præberetur contra rationem legis iudicandi iniuste puniēdo illos, cum quibus lex non loquitur, eò quod iudaicè, vt dicitur, verba legis intelligunt ad corticem verborum, rationem eius non considerantes, & hac de causa iniustas proferrunt sententiās contra legis dispositionem & mentem.

In l. 10. tit. 14. libr. 5.

**R**emedium ad proferendum testimonium, quando non adest in villa, seu loco tabellio, & iudex scribere nescit. nu. 1. 2. & 3.

#### SUMMARIVM.

**I** Si in loco vbi † venditur vinum non adest publicus tabellio, qui testimonia præbere possit (de quibus

F 5 in

in. l. precedente actum est) tunc sufficiet ea prestari à iudice loci illius si scribere sciat, sin minus ab illa persona, quam ipse iudex nominauerit.

*Ibi. Porq̄ en muchos lugares.*

2 **I**+ Hæc est causa finalis nostræ legis, quæ si in loco deficiat: quia adest tabellio, si testimonium fieret secundum tenorem nostræ legis, nihil proficeret, & ideo in testimonio præstito ab ipso iudice loci, vel à persona, quam ipse nominauerit: si ipse iudex nescit scribere, fides danda est ei: si in loco illo non adest tabellio publicus, vel si adest tunc temporis absens est, neque speratur tam cito eius aduentus, aliter enim non crederetur testimonio.

*Ibi. No sabiendo escribir.*

3 **S**upple, iudex illius loci, ad eum enim verba hæc referuntur, non vero ad personam ab ipso nominatam pro præbendo testimonio cum deest tabellio, & ipse iudex scribere nescit, & clare colligitur hoc ex lege nostra: nam si iudici permittitur, vt det

testimonium, manifeste patet, id disponi, cum scribere scit: quod si scribere nescit, tunc nominabit personam, quæ scribere sciat pro illo testimonio ferendo: aliter enim idem in eo esset, quod in iudice scribere nesciente, ergo verba hæc omnino ad iudicem referenda sunt, non vero ad personam, quam ipse nominat iudex, cum scribere nescit.

*In. l. 7. & 9. tit. 15. libr. 5.*

**A**N dispositio huius legis habeat locum in censibus perpetuis, vitalitijs, & alijs, bene intelligitur cum ampliationibus & limitationibus de quibus hic. num. 1. 2. & 3. Et quomodo fraus & dolus in isto contractu intelligitur. num. 4.

**S**VMMARIVM.  
Census perpetui in pane, & vino, & alijs speciebus constituti in locis in præsentate lege designatis, reducendi sunt ad formam redimibilem, & ad quantitatem eorum, secundum quod lex nostra disponit, & idem

& idem in cēsis vitalitijs, disponitur in. l. 9. infra eo.

Ibi. *A lo proueydo por la ley. 4. deste titulo.* Vbi diximus aliqua & inter ea dubitabimus, an lex illa habere locum in censibus perpetuis, & tenui quod sic, & nunc vides legem istam pro dicta  
 2 mea opinione facere: + nam licet lex nostra localis videatur. Idem tamen dicendum est in locis, vbi militat eadem ratio, ex dictis per nos in rubri. tit. 4. libr. 3. supra, imo & plus probat lex nostra, scilicet, quod etiam si constituantur in perpetuum nihilominus redimibiles censendi sunt, quasi perpetuitas hæc in fraudem dispositionis. d. l. 4. supra eo. constituta sit. nã cum pro constitutione horum censuum pecuniæ dētur, præsumendum est perpetuitatem in fraudem dictę  
 3 l. 4. constitui: & ideo nihil prodesse debet, sed obesse potius. + In censibus tamen emphyteoticis, scilicet, cum res aliqua immobilis datur in censum emphyteosim nō habebit locum lex nostra: quia differunt multum ab

ijs censibus, sub pecuniæ præstatione constitutis, prout post hæc scripta vidi assertū in propositum dictę. l. 4. supra eo. per Felicianum in tract. de censibus. libr. 2. cap. 1. nu. 42.

Ibi. *Sobre el engañõ, o iniquidad deste contrato.* + Nam licet visus sit licitus Couar. in lib. 3. variar. cap. 10. nu. 3. Francigeno tamen in tracta. de vsuris. quæst. 21. num. 215. relato per Anton. Gomez in tract. de cēsis, posito post expositionem Bullæ Cruciatę. cap. 2. nu. 8. aliud visum est, & per leges nostras hic & in dict. l. 4. supra eo. est explicatum, & idem in censibus vitalitijs in dict. l. 9. infra eo. statutum est.

In. l. 8. tit. 15. lib. 5.

1 **A** signatur cēsus vitalitijs pretium iustum. num. 1.

2 *An pretium census debeat esse in pecunia numerata, vel in alia specie sufficiat.* num. 2.

3 *Contractus census est nullus momenti si in pecunia numerata non constituatur.* n. 3.

SVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium iustum in censibus vitalitijs per legem nostram constituitur nouissimè.

Ibi. *Que el precio iusto.* In rubr. istius tituli dubitavi super iustificatione horum censuum vitalitium, ob paruitatem pretij pro eo constitui soliti, & cum in hac permanerem dubitatione, & desiderarem legem pretium eis constituentem, prodijt in lucem lex nostra iusta & rationalis: nam ante eam, ita vilia pretia constituebantur pro vna duabus & tribus vitis, quod me reprimebant super eorum iustificatione & pretio iusto consilium præbere, & quando à me petebatur consulebam non emi, nisi iusto pretio habito respectu annorum, ac vitæ illius super cuius vita constituebatur.

- 2 Ibi. *Todo el dinero de contado.* Et sic non sufficiet in alio, quam in pecunia numerata pretium solui: nam licet pecuniæ appellatione res omnes significantur. ex. l. pecuniæ. ff. de verbor. sign. l. quæro. ff. de iure doti. l. pen. C.

de consti. pecu. Tamen quando dicitur in pecunia numerata, debet in pecunia solutio fieri: & non in alia forma, aut specie. l. si quis. ff. de re iudi. Numerare enim pecuniam est computando præsentem dare pecuniam. l. officium. ibi. pecuniam, quæ ex pretio redacta est ei numerari. ff. fami. ercis. l. cum in debitum impuberis nomine tutor numerauerit, impuberis conditio est. ff. de cõd. inde. l. si. ff. de cõdi. sine cau. l. 3. in fi. ff. de in rem ver. Rebu. in. l. & sibi videri. 203. §. numerarent. in fin. ff. de verb. signi. pag. 905. in princi. & ideò dixit text. noster. *Dinero de contado.* Et quia quoties in lege, vel statuto fit mentio de pecunia numerata, debet in numeris solutio fieri. l. si ventri in fin. ff. de priuil. cred. & ita in statutis, & dispositionibus debet proprie, & strictè intelligi, secundum Rebu. in dict. l. pecuniæ. 4. ff. de verb. sign. pag. 51. versi. ad hæc. & id clarius colligitur ex lege nostra, cum excluderit in verbis præcedentibus fieri solutionem horum censuum vitali-



vitalium in argentea, vel aurea materia laborata, vel in suppellectilibus, & alijs æstimatedis rebus, & in verbis sequenti. ibi. *Sin interuenir otra cosa que no sea dinero de contado.* Et sic præsentem pecuniam in princ. contractus, vt denotant illa verba. *Y quente al principio.* Pecunia enim præfens est, quæ ad manum est, ex. l. cum hi. §. causæ. ff. de transactio. tradit Rebus. dict. pag. 51. versic. pecunia præfens. Ex quibus infero, quod vt contractus censualis valeat, debet omnino pecunia numerari in prin. cōtractus, & tabellio fidem de hoc facere, neque sufficeret probare pro validatione pecuniam antea vere debitam, licet nè iudicaretur contractus usurarius, vel illicitus bene sufficeret circa census alios, secundum Salazar, de vsu & consu. cap. 8. num. 45. versic. sed non parum. & nouissimè Ludou. à Carbone, de restitutio. quæst. 58. pag. 398. in paruis. & Anton. Gom. in d. tract. de censos. cap. 3. in 4. conditione. nu. 15. cum seqq. non tamen quoad validitatē

census vitalitij, nam quoad hoc nullus erit si non constiterit in pecunia numerata, & præfenti solutum esse iustum pretium, eo quod lex nostra si aliter fiant eos reprobatur & inualidat: inquit tamen ibidem ipse Anton. Gom. num. 12. versic. primo, vt procedat, quod lex nostræ similis pecuniam numeratā requirens in contractu censuali, prout requiritur Motu proprio Pij. V. super censibus, habet locum in censu nouiter constituto, secus in antea creato, nam iste poterit emi, quamuis pretium nõ appareat in pecunia numerata, prout in expresso asserit Magis. Lopez in suo instructo. negotian. libr. 1. cap. 57. versic. in contrarium est. pag. 228. quod verum reputo: dū tamen probetur pretium iustum esse solutum respectu ætatis & salutis illius super cuius vita constitutus erat, non tamen si in iusto pretio, ex dictis per nos in. l. fin. nu. 1. huius tituli. 15. De lege. 9. in. l. 7. supra eo.

~~dictum est~~

(.?.)

In. l.

# Commentaria ad leges

In. l. 10. tit. 15. lib. 5.

1 **A**N Proprius Motus Pij V. super creatione census sit in Hispania in viridi observantia. nu. 1.

2 *Intelliguntur Extravagentes Martini, & Calixti. numer. 2.*

3 *Contractus census redimibilis est vera emptio & venditio, & quomodo hoc intelligatur. num. 3.*

4 *Non requiritur pecunia numeratio, ubi non observatur proprius Motus Pij V. numer. 4. in contractu census.*

## S V M M A R I V M.

1 **M**otus proprius Pij V. + disponens census redimibiles esse imponendos & consignandos in pecunia numerata in ijs Regnis nō est receptus, sed potius ab eo supplicatum per Regium fiscalem.

**I**Bi. *Con dineros de presente.*  
Sed nonnē idem per Extravagan. Martini Quinti in communibus, sub tit. de empti. & vendi. statutum erat,

ibi, ipse venditori tunc integraliter in pecunia numerata solvi consueverant: ponderando dictionem illam, tunc, & sic tempore contractus ipsi venditori soluebatur numerata pecunia: dictio enim illa, tunc, ita videbatur demonstrare, neque obstare videbatur responsio Soti, infra allegandi dicentis, quod licet in narratione Martinus Quintus + hæc apponit verba non tamen in approbatione, & decisione poluit: non inquam obstat hæc responsio, quoniā proœmium, & supplicatio id continens, videtur idem continere in responsione, & decisione, eò quod decisio secundum supplicationē intelligitur, & talia sunt disposita, qualia narrantia demonstrat, referensque inest in relato cū omnibus suis clausulis, & conditionibus: & quia in decisione Martinus ibidem, meminit de dictis in prefatione, & ad dictam formam contractus se retulit, & sic etiam de numeratione pecuniæ videtur in approbatione meminisse: Item quia dictio illa, tunc, adiecta verbis illis sequen-

quentibus, integraliter in pecunia numerata solui con-  
sueuerat, denotat extremitatem temporis & casus, & ad expressa videtur restringere dispositionem. l. 4. §. fin. ff. de cond. & dem. l. huiusmodi. ff. de verbor. oblig. not. Decius, responsi. 1. num. 23. & 24. vol. 1. importatque conditionem, vt non secuto eo casu, vel illis casibus, quos repetunt ipsæ dictiones, dispositio locum non habeat, vt pulchre, per Areti. in. l. si quis. ante. nu. 3. col. 3. versi. præterea. ff. de acq. pos. & eo relato, idem Decianus respō. 9. nu. 40. eo. vol. 1. & iterū in consi. 64. num. 8. vol. 2. Ex quibus hanc conditionē necessariam pro huius census redimibilis iustificatione esse tenuit Francigenus ille, in tract. de vsur. num. 355. quem refert Anton. Gom. in tract. de censibus. num. 127. posito post explicationē Bullæ Cruciatæ, & Michaël de Palacios libr. 4. praxis Theolog. contrac. cap. 6. pag. 309. col. 2. & pag. 310. col. 1. & eo relato nouissimè Felicianus in tract. de censibus. lib. 1. c.

8. numer. 11. & 12. & Magist. Lopez in suo instruc. negotian. libr. 1. cap. 59. versi. præterea licet. cum seqq. pagin. 232. & Virginius de Bocca cis in tract. vti poside. c. 18. de censibus. num. 21. 56. & 57. Igitur lex nostra male constituta videtur: Quod utique non videtur asserendum cum à Principe Christianissimo, & ab eius senatu constitutatur: tunc quia Dominicus Soto, vir alio qui tam Christianus, quā Pius, ac Doctus cōtrariam tenet opinionem in lib. 6. de ius. & iure. quæst. 5. artic. 1. col. pen. duplici ratione: tū quia in approbatione & dispositione Martinus Quintus nihil de hoc disposuit: tum etiam, quia contractus censualis redimibilis: + contractus emptionis & venditionis verè & realiter est, vt plures in dict. Extrauag. Marti. V. expressum est: ergo sicut in exemptione emi potest pecunia credita, vel saltem confiteri pecuniam esse solutam, licet de præsentinō apparet, eo quod antea eius solutio facta fuerat, in & in censu isto redimibili fieri poterit,

terit, quibus de causis hanc etiam cum Soto tenuit opinionem Salazar in tract. de usu & consue. c. 8. n. 45. vers. sed non parum. ubi respondet dicto motui proprio Pij. V. contrarium disponētis, & in effectu idē tenuit Anton. Gom. ubi sup. n. 14. vers. quare ergo. cū seqq. ubi in vers. 18. id intelligit, quoties venditor census in effectu ante census constitutionē receperat pecuniam illi æquivalentem: secus si nec pecuniam, nec re aliquam æquivalentem receptam habebat. Et pro hac etiam opinione adest Bulla Nicolai. V. Pontificis maximi edita anno. 1452. Regi Alfonso Aragonis & aliorum Regnorum missa, in qua in ijs Hispaniæ partibus census ij approbantur, ut inquit Parisius consi. 75. omnis difficultas. nu. 30. vol. 4. & eo relato Tyberij. Decian. respon. 2. nu. 77. vol. 1. ubi nullum verbum adest de pecunia numerata, neque de fide præstanda à tabellione de tali numeratione, quam Bullam refert I. m. Baptil. Lupus, in tract. de usur. cōmentar. 2.

§. 2. nu. 57. vol. 7. tract. DD. licet ipse ibidem suspectam eam reddat, tamen sicut potuit in alijs partibus per Martin. V. & Calixtū. III. approbati contractus hos censuales redimibiles cum conventionibus ibidem assertis, ob longam consuetudinem eos conficiendi in pecunia numerata: ita & potuit Nicolaus V. approbare in partibus Hispaniæ, secundum eius longam consuetudinem hos eodem census redimibiles nulla facta mentione, & fide de numeratione præsentis pecuniæ, & sic ijsce de causis & præsertim attenda dicta Nicolai. V. Bulla credo Regium fiscalem supplicasse à dicto Motu proprio Pij. V. numeratam pecuniam requirente cū fide, ac testimonio tabellionis: † & sic ubi non vsitatur Motus hic proprius Pij. V. non est necesse pro iustificatione huius census numerari pecuniam, neque de numeratione fidem fieri per tabellionem, ubi tamen vsitaretur, ut inquit. Magis. Lopez ubi supra, id omnino seruandum esset. Et ultra omnes

nes dico, quod dicti DD. primæ opinionis, & præsertim Felician. vbi supra. non indistincte asserunt suam opinionem, sed tunc demum cum habita fide de pretio soluendo constituitur census hic redimibilis, tunc enim quia emptor vult lucrum consequi & sic pensionem sibi solui, non utique licitum id esset, cum venditor vsque tunc nullam receptam haberet pecuniam, sed in posterum erat recipienda, sed quoties non habetur, fides de pretio in posterum præstando, sed confitetur venditor census antea pretium integre & realiter recepisse ab emptore, vel alio nomine eius, & in comprobationem huius veritatis renūtiat exceptioni non numeratæ pecuniæ, & hoc sine figmento aliquo, vel fraude fit, tunc utique census talis iustus esset, & seruandus, & intentioni Martini Calisti, ac Pij Quinti non esset contrarius, vt optimè aduertit Salazar, vbi supra, & Anton. Gom. d. nu. 14. in fin. cum seqq. Secus si fraudulē-

ter & fictitiè id assereretur, & cū mēdacio, nam tunc illicita & vsuraria esse talis census constitutio: & sic ijs causis & rationibus iustificatur lex nostra, sub correctione Sedis Apostolicę, & aliorum melius me sentientium quorum discretionis & correctioni in omnibus me submitto.

In. l. ii. tit. 15. lib. 5.

**F** Inalis ratio huius legis intelligitur, & qua de causa reformatio anni facta fuit. num. 1.

S V M M A R I V M.

**I** Ordo habendus in reformatione anni, † & eius dinumeratione tā quoad festa, quā quoad instrumentorum confectionem, & debitorū solutionem describitur à lege nostra.

**E** T Lex hæc cum clara sit cōmentatione non eget, sed solummodo cōsideratione aliqua, scilicet, quod cum tempus sit quoddam horologium, quo cum gubernatur

G vita

## Commentaria ad leges

vita humana, & tractu tēporis sicut horologiū paulatim consumptū, vel rubigine detentum horas diei prolōgat, vel minuit, sic & tēpus prolongatum ita iam erat, vt festa & Pascha debitis temporibus nō celebrarentur, quade causa retro restrictus fuit annus, & per decem dies cōuersus est retrorsum ex mādato sacrosanctę Matris Ecclesię, & eius Rectoris ac Pōtificis Gregor. XIII. maximi in toto orbe gubernatoris: Et consequenter per Regem nostrum attento tenore dictę dispositionis redacta sunt instrumenta, & solutiones debitorum ad debitū tēpus, vt nemini nouus hic ordo nocere posset.

Lex 6. tit. 19. lib. 5.

- 1 *A* signatur ad legem istā verus intellectus. nu. 1.
- 2 *Castillo de Bouadilla reprehenditur & bene.* nu. 2.

### S V M M A R I V M.

Nouus ordo seruandus contra mercatores se absentantes, & Ecclesiam ingrediētes & ad eam vel alibi cō-

fugientes constituitur à lege nostra.

- i. *I* Bi. *Aunque no se prueue* \*  
*ni conste auer algado sus bienes, ni sus libros.* Ampliantur dispositiones legum disponentiū circa mercatores abscondentes bona & libros, & cum eis se absentantes & ad Ecclesias & Monasteria vel alibi confugiētes & se occultantes, quorum pacta conuentiones, & transactiones cum suis creditoribus facta annullabāt, vt ex. l. nostra, idem sit si tantum se absentauerint, fregerintvè credita sua, etiā si bona & libros non absconderint, horum enim cōditiones sic regulandę sunt, sicut eorū, qui se & bona & libros occultauerunt ac subleuauerunt, quoad hoc vteorum pacta conuentiones placita ac transactiones cum suis creditoribus facta nulla sint, nulliusvè roboris ac firmamētī, & nihil obstēt, quin creditores possint super debitis illis petere ac prosequi iustitiam suā, sicut si pacta hęc transactiones facta nō fuissent, & consequenter quoad hoc, & nē de-

nè debitores ex hoc excusentur à debitorum solutione reputantur ex lege nostra tanquam subleuatores bonorum & librorum, ac occultatores eorū, vulgo, *alçados*, non tamen quoad hoc vt habeantur tāquam publici derobatores, vt in gloss. sequente dicemus, imo & addit lex nostra, quod debent in carceribus detineri, & abinde extrahendi non sunt donec litigia creditorum finiantur, & compromissa, & conventiones adimpleantur, vt per legem sequentem videbis de eisam.

2. Ibi. *Excepto en quanto seruidos por publicos robadores.* Maximi effectus sunt, hæc verba, non enim poterūt ab Ecclesia vbi fugerunt extrahi, vt diximus in l. fin. titul. 13. lib. 1. supra ue de debitoribus fugientibus ad Ecclesiā an ab ea extrahi possint, & conclusimus quod non, nisi sint mercatores alçados, qui cum tanquam derobatores publici iudicentur, dicta immunitate non gaudet, etiam si nouissimè non hæc considerans & legum substan-

tiam, aliud contra nos & malè, & contra Ecclesiarū immunitates & contra communes ac veras opiniones indistinctè teneat Castillo de Bouadilla, in sua Politica de Corregidores, lib. 2. cap. 14. num. 62. vsque ad. 69. contra cuius opinionē verba hæc nostri text. vrgentissimè faciunt, ad quidem mali adaptari possunt, quàm ad Ecclesiarum immunitatem: vrgentissimaque fundamēta in illa l. fin. etiam adduximus contra suam opinionem, & casus in facti contingētia accisos, vbi sic fuit iudicatum, & ipsemet in num. 69. dicto tenet debitore Principis gaudere immunitate Ecclesiæ.

*Bouadilla suo motu*

In l. 7. tit. 19. lib. 5.

1. *Neaquam pacta compromissa sint in executionem redacta complures & mercatores detrudendi sunt in carcerē & non sunt detrahēdi vsq; quo lites finiantur, vsque ad num. 2.*

S V M M A R I V M.

Mercatores & negotiantes, & camplores, seu facto-

G 2 pes

## Commentaria ad leges

res compromissa. & pacta fa-  
cientes cum suis creditori-  
bus incarcerandi sunt, neq;  
abinde extrahēdi vsq; dum  
lites finiantur & cōpromis-  
sa, & cōuentiones adimpleā-  
tar legis nostræ tenore ser-  
uato.

Ibi. *Sea preso, y este en prisio-  
nes en la carcel publica.* Am-  
pliant hæc verba legis præce-  
dentis dispositionem, non ta-  
men eam minuunt, neq; cor-  
rigunt in aliquo, & pōdera  
verba illa, *sea preso y con prisio-  
nes*, copulatiuè loquentia, ita  
vt nō sufficiet esse in carce-  
re, nisi & adsit cū ligamini-  
bus, prout leges de blasphem-  
o loquētes disponebāt, ne-  
que sufficiet & cū ligamini-  
bus, nisi & detentus in carce-  
re sit: hæc enim copula nostri  
text. denotat & iustè vt frau-  
dibus ac technis mercatorū  
& campforum finis impo-  
natur, & restringātur eorum  
malitiæ & cautelæ.

Ibi. *Fiāças legas, llanas, y abo-  
nadas.* Et sic iuratoria cautio  
non sufficiet prout iis ver-  
bis. *et* entis, & circa ea in lib.  
3. supra remanet dictum.

Lex. 15. tit. 21. lib. 5. Lo-

quēs de videnda minori mō-  
neta non indiget commen-  
tatione.

L. 4. & 5. tit. 25. lib. 5.

- 1 **A** Nista lex tanquā præ-  
ceptiua sit seruanda in  
foro conscientie. num. 1. &  
quibus modis dicatur & lega-  
re. num. 2.
- 3 **A**n triticū venditur in foro  
publico minori pretio possit  
in cōscientie foro vendi pre-  
tio huius taxa necne? nu. 3.
- 4 **A**n clerici & ecclesiastici te-  
neātur ad huius legis obser-  
uantiam. nu. 4.
- 5 **E**men triticum ultra taxā  
potest petere contra vendi-  
torem & condemnatur in huius  
legis pœnam. nu. 5.
- 6 **V**ltra triginta dies potest em-  
ptor repetere excessum sibi  
ablatum. num. 6.
- 7 **T**axatur quātitas ultra taxā  
in pane cocto, & quo-  
modo sit facienda. nu. 7.
- 8 **I**nterpretatur l. ista, quæ an-  
tea erat in noua Recopil. &  
referuntur eius verba ad li-  
teram. nu. 8.

- 9 **V**icini populus non deputati  
per correctorem nō possunt  
vendere in pane cocto ultra

taxam



taxam huius legis & bene  
discutitur. num. 9.

10 Que consideracion ha de te-  
ner en el precio en q̄ han  
de vender los veñinos de  
su cosecha, y las albõdigas  
y panaderos diputados pa-  
ra este efecto, num. 10.

11 Impediētes tritici seu fari-  
ne abundantiam graui pœ-  
na puniuntur & quomodo  
hoc intelligatur. num. 11.

12 Como se ha de haçer la ca-  
la y cata, y contra que per-  
sonas. num. 12.

13 Plura traduntur, in mate-  
ria consciētia, & q̄ in om-  
nibus rebus est anteponen-  
da. num. 13.

14 Rex potest legē facere q̄ in  
conscientia obliget. n. 14.

15 In consciētia foro tenetur ex-  
cessum huius taxa erogari  
pauperibus vel in aliquod  
opus publicum & cõmuni  
conuerti. nu. 15.

16 Tēpore necessitatis nõ pos-  
sunt iudices ordinarij cõce-  
dere licentias, vt possint  
vẽderetriticũ, vel farinã  
& panẽ coctũ, ultra taxã  
& huius legis, & an vendi-  
tores excusentur in consciē-  
tia foro. num. 16.

17 De eadem re. nu. 17. & an  
sit licitum ultra taxã ven-  
dere & tradantur tres opi-  
niones.

18 Iudices Regij, executores  
sunt huius legis & inter-  
pretantur verba legis. n. 18.

SUMMARIUM.

Tassa panis noua & nouior  
ponitur in ijsce duabus le-  
gib⁹, & nouus ordo datur  
in tritico, farina, & pane  
cocto, & augentur pœne  
contra transgressores, &  
factores, & miscentes triti-  
cum cum alio semine, vel  
illud inundantes.

1 I N. S. I. Ibi. *Mãdamos.* Ver-  
ba præceptiua sunt hæc, &  
à Rege habente potestatem  
condendi hanc legem prola-  
ta: suntque iusta, honesta, &  
possibilia, & sic ab omnibus  
seruãda & custodiẽda: Præ-  
cepto enim superioris obe-  
diẽdum est, vt in. c. in memo-  
riam. 19. dist. idq; ad publicã,  
videlicet vtilitatem conser-  
uandam pertinet, quæ con-  
temptis Magistratum supe-  
riorum edictis labi solet, vn-  
de Arist. Polit. 2. cap. 6. ait in  
Principibus errores quosdã  
ferẽdos esse, quoniã (inquit)

## Commentaria ad leges

non tantū proderit, qui corrigere perget, quantum nocēbit assuefactio superioribus non parendi. Facit etiā text. in. c. cōtra moram. 100. dist. & in. c. quid culpatur. 23. q. 1. & l. prospexit. ff. qui & à quibus, ex quo obseruantia legum summè est attendenda, & earum præcepta adimplenda: ita vt dicebat Plato. lib. ciuil. Nemo quicq; præter leges committere audeat, & quisquis audet morte multetur, extremisq; omnibus supplicijs affligatur. Et Thucydides lib. 1. in oratione Archidami Regis, dicebat: Edocti sumus, indoctorum esse leges cōtemnere, modestiusque vel cum difficultate illis obtemperare. Et Aristot. lib. 1. Rhetoric. Qui legibus semper obtemperarūt, ij optimi videntur, & in optimatū ciuitate gerendarum rerum Principatu potiūtur. Et Demosthenes aduersus Midia, inquit; sunt \* autem leges, quādo feruntur, considerandæ, quēnā, & cuiusmodi sint, cū vero receptæ fuerint, custodiendæ, & vsurpandæ. Et iterum cōtra Aristogitonem, le

ges tuendæ sunt, & à vobis qui quoquo tempore iudicia exercetis confirmande: harū enim præsidio boni sunt improbis superiores. Ex quo (vt cū ijs concludamus) inquit Ioseph. in proœmio antiquitatū Iudaicarū: His, qui Dei voluntati obsequuntur, & leges benè latas transgredi verentur, omnia prospere succedunt, supra quā credi possit. Quod si ab illarū diligētī obseruatione discedant, neq; consilia eorum exitum inueniunt, & boni ipforū opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt: tunc enim (inquit Aristophanes apud Stobæum) sermone de Republica, saluę sunt ciuitates cum leges, vt decet, obseruātur. Et Isocrates optime dixit habitari ciuitatem, quę secundū leges viueret. Quibus de causis multis in locis ex in obseruātia legis nræ & similiū, calamitates & fames accidisse cōpertum est. Et ex eisdem rationibus miserēdum est iudicium etiam superiorū qui iam etiam causas ciuiles arbitrarias esse iudicant non attendentes dispositiones legales

gales, quasi potestatem haberent eis derogandi, & patrimonia aliorum, cui velint arbitrari dāda in maximum suarum animarum detrimentū.

Ibi. *De reales*. In. l. 5. sequente: augetur pretiū hoc ad. 14. Regales: Sed an si triticum ob abundantiam venditur in foro publico pro minori pretio, quā ab hac legi taxato, licebit nē in consciētia vendere illud pretio tassæ, & quoad pœnā in foro exteriori crederem nullam incurri: quoad interius verò forum, & sic consciētię peccatū mortale incurreretur: & insuper restitutionis obligatio, eò quod iustum pretiū iudicatur illud, quod in foro currit publico, & idē ab illo non debet excedi: tum etiam quia ex nostra sterilitate tritici existente tassam ponit, nō verò ubi adest abundantia. Militantque tempore abundantię lex naturalis & diuina, quę prohibent ultra iustum pretium rem aliquā vendi: militat etiam communis Doctorum sententia, quę pretia rerum vilescunt ratione abundantię, & sic hęc

opinionem & sententiam tenent Mercado, & Medina, relati & secuti per Gutierrez, in lib. 2. practica. question. in quæst. 180. num. 12. cum sequentibus: & Palacios, de contract. lib. 2. cap. 2. pagin. 60. versi sed quid si, & antea in pagin. 59. in versi unde si mercatores, ubi idem dicit in mercatoribus panem vendētibus ad aliquem locum, nā si ibidem vilius veditur, eodem, & non maiori pretio vendere poterunt, & Magis Lopez in. 1. p. instructor. conscient. cap. 2. 13. an vendentes ad creditum, pagin. 522. col. 2. & latius in cap. 226. in principio, & in fine, ubi inquit usuram esse vendere triticum ad creditum ad pretiū tassæ legalis, quando, quia abundantia superuenit tritici in foro publico iam minori venditur pretio, prout & idem Lopez tenuit in locis relatis à Gutierrez, in dicto num. 12. qua de causa debent confessores multum ad hęc aduertere, vt pœnitētibus veritatem nanc manifestent, & conscientias lęsas exonerēt, & idem tenet ipsemet. Magis.

## Commentaria ad leges

gist. Lopez in suo instructo. negocian. lib. 1. c. 15. col. 1. in fine, cum principio sequētis. etiam si Nauar. de restitu. lib. 3. c. 2. nu. 2. cum seqq. & Felician. de censi. lib. 2. c. 1. num. 13. aliud vellint.

Ibi. *Persona Ecclesiastica.* Hæc enim etiam ratione boni publici adstringi potest ad obseruantiam nostræ legis, vt diximus in. l. 1. num. 19. & 20. supra isto tit. & tenet Vega, in Sylua de casos de cōciencia. lib. 3. casu. 312. fo. 168. & Nauar. in Manuali. c. 23. n. 88. & Lopez in. d. 1. p. inst. cōsciēt. c. 226. col. 2. & iterū in. d. instruct. negociā. lib. 1. cap. 17. colu. 1. vbi idem dicit esse cūm clerici res foraneas & triticum foraneum hūc afferunt, vt tassam legis cum expensis itineris testimonijs authenticis probati excedere non possint. Sed an Ciuitas, Collegium, vel vniuersitas comprehendetur legis nostræ dispositione, tenet quod sic, quia licet personæ appellatione regulariter nō comprehenduntur ciuitas, Collegium, vel vniuersitas, ex text. in. c. Romana. de

sent. excom. in. 6. & in aūth. Itē quæcūq; C. de Episcop. & Cler. dixi in. l. 1. n. 180. tit. 5. & in. l. 1. tit. 14. n. 14 lib. 8. in fra. & quadraginta fundamētis id fundat cōtra Barb. Calcane. confi. 1. per totum, vbi respōdet fundamētis cōtrarijs, quæ lōgū esset hic referre: Ex quibus infero nouissimè, q̄ lex ac pragmatic. noua Regia prohibēs nullā personam posse locare, neq; in cōfidentiā præstare officia tabellionatus ciuitatum ac villarū, sed suis personis ea teneri seruire & exercere sub pœnis ibidē cōtentis, & in eius declaratoria, tamen nō habebit locum in Collegio, ciuitate, vel Vniuersitate hæc officia tenentibus in sua ciuitate villa vel alio in loco, eò quod statutum aut lex pœnalis loquēs in persona vera, nō extēditur ad representatā, prout est Ciuitas & Collegium, ex l. metum. s. animaduertēdū. ff. quod met. causa. & traditur etiā per Aym. Craut. in tract. de antiq. temp. 4. p. in prin. n. 149. vol. 17. tract. Doctorum, ideò statutū loquēs de Prælato nō extenditur ad capitu.

capitulū nisi per ius extenda-  
tur, vt per Anton. in. c. graue,  
notab. 4. in fi. de præb. refert  
& sequitur cōfirmādo De-  
cius, consi. 486. col. i. & Ay-  
mon Crau. vbi supra. d. 4. p.  
in prin. nu. 149. idque clarè  
colligitur ex dicta de tabel-  
lionibus pragmatica, dum  
iubet proprijs personis tene-  
ri proprietarios seruire offi-  
cia hæc, sed Vniuersitas, Col-  
legium, aut Ciuitas id nō po-  
test facere, nisi per mediam  
aliam personam, quia est cor-  
pus sine anima: igitur prag-  
matica illa non loquitur in  
hoc casu, quia eius verba nō  
cōueniunt Vniuersitati Col-  
legio aut Ciuitati, & sic eius  
dispositio conuenire non po-  
test, verbaq; in proprio signi-  
ficatu in dubio sunt intelligē-  
da & non in extraneo vel fi-  
cto, essetque aliter ad impos-  
sibile obligare cōtra legis na-  
turam, quæ debet esse possi-  
bilis, & sic in facto allegaui,  
& ex ijs & alijs de causis ob-  
tinui & liberaui accusatum  
tabellionem de hoc. Hæc tñ  
omnia licet ita sint, tñ in pro-  
positū nræ legis taxā pretio  
panis imponentis, & trans-

gressores punientis Ciuitatē  
Collegium, ac Vniuersita-  
tem comprehendi sub eate-  
neo, nam legi nostræ verba  
sunt generalia omnem &  
quamcunque personam cu-  
iuslibet qualitatis & condi-  
tionis exprimentia, & prohi-  
bentia ei contrauenire, quo  
casu Vniuersitas, Ciuitas, &  
Collegiū cōprehenditur, se-  
cū dū Alex. cōs. 216. col. pen.  
post mediū. vol. 2. & Achil.  
Pedroche, cōs. 36. num. 291.  
& Aym. d. n. 149. cōtra De-  
ciū, cōs. 44. in fi. aliud volen-  
tem: & postquā hæc scripta  
habebam reperij in terminis  
nræ taxæ panis tenētem Mel-  
siā, in prag. panis. anni. 1558.  
in glo. *qualquier*, fo. 131. Sed  
quomodo dicem⁹ Collegiū,  
Ciuitatem, aut Vniuersitatē  
delinquere contra legis no-  
stræ dispositionem, decerpes  
ex dictis per nos in tract. de  
Decurionib⁹ Curia Pisane,  
lib. 4. c. 3. & per Maria. Soci.  
in. c. dilecta. de excessib. Pre-  
lat. n. 94. cū seq. aliquibus. &  
Ant. Gom. tom. 3. c. 1. n. 52.  
cum. 2. ieqq. glo. 1. ~~17~~ it. 10.  
part. 7. Addicion. Angeli de  
malefic. verbo de consensu,

## Commentaria ad leges

& delibera. sub. nu. 4. vbi an contradicentes teneantur, & Andreas Gail, in decisi. Imperial. lib. 3. cap. 9. de banno communitatis.

Ibi. *Falta, o esterilidad, ni por via ninguna ni modo.* Et sic neq; ratione loci sterilis, vel difficilis ad seminandum, & colendum excusabitur in iustitia, neq; in conscientia frangēs legis nostræ taxam, vt latè fundat hic Gutierrez sub lib. 2. quæst. pract. quæst. 180. num. 1. cum sequent. quam referre sufficiet, quia latè hoc prosequitur & fundat, & remanet cum hac opinione, et Palacios, in dict. Praxi contractuum, lib. 2. cap. 2. pagin. 61. versi. at quæret aliquis, cum sequentibus, & antea ibidem in pag. 59. versi. vnde si mercatores, & in pag. 60. versi. sed qui si, idē tenet.

5 Ibi. *Se lo pueda pedir en qualquier tiempo.* Sed quis est hic, qui hoc petere potest, dic qd est ille, cui triticum, farina, vel panis coctus ultra tassam vedita sunt, & ita colligitur ex verbis præcedentibus, & tenet Gutierrez, lib. 2. quæst. pract. quæst. 180. nu. 18. Et

dicitur hic. *En todo tiempo, ad differentiam triginta dierū in præcedente versiculo assignatorū pro petēdo t pretio taxato soluto pro pane vel tritico: nam hoc pretium intra illos triginta dies debet peti per lesum, eis tamen elapsis cessat huius pretij repetitio, eo quod nullum damnum resultat læso huic ex pretio, isto cū apud ipsum remaneat frumentum pro pretio illo datum, sed quoad excessum pretij taxati, cum in excessu isto semper in danno emptor remaneat, semper excessum hunc petere ei permittitur vt hic vides, & illum tenetur venditor restituere: quod si nescitur quis fuerit iste emptor læsus, tūc excessus iste pauperibus, vel alicui loco publico applicabitur, vt inquit Vega, in sua Sylua de casos de conciencia. libro tertio. casu. 316. in fine.*

7 In. 5. *Y en quanto al pan co Zido.* Istius legis. 4. ibi, *regulandolo, respeto del trigo en grano con alguna moderada ganancia.* Sed quænā erit hæc moderata lucrifactio, & in hoc Messia,

Messia in pragmat. panis cō-  
 clusione. 6. num. 11. cum se-  
 quentibus. fo. 99. argument.  
 l. 6. titul. 11. lib. 7. infra dice-  
 bat, iustum & moderatum lu-  
 crum in proposito censeri,  
 quintam partem laboris to-  
 tius, *De lo que saliere y se com-  
 prare el grano, y la demas cos-  
 ta hasta cozerlo.* Quod qui-  
 dem erat maximum lucrum  
 & perniciosum popularibus  
 & pauperibus, & l. illa. 26. lo-  
 quitur in diuerso casu, & cū  
 differente ratione, & sic non  
 est inferendum ex illa lege ad  
 diuersa: Mercado verò de cō-  
 tratos, super lege tasse panis,  
 dicebat aliud esse huius mo-  
 derati lucri exemplum, scili-  
 cet, si triticum valet nouem,  
 vt plus vēdatur quatuorde-  
 cim, moderando duos argen-  
 teos & dimidium pro expen-  
 sis & residuum pro interesse  
 & lucro licito & moderato:  
 horum tñ opiniones rejicit,  
 & iure optimo Gutierrez in-  
 d. q. 180. nu. 16. lib. 2. pract.  
 quæst. dicens illud certius &  
 securius esse, vt attēdatur ad  
 modum, ordinemq; , quem  
 resp. & gubernatores horrei  
 siue depositi publici solent

seruare absq; fraude tamen,  
 quoties triticum eiuldē dāt  
 panificis, hoc est, *a panaderas  
 para massar y vender cozido,*  
 certo pretio assignato, quo  
 eis liceat eundem panem co-  
 ctū vēdere, nempe vt si illis  
 faneca tritici datur quatuor-  
 decim argenteis, eo pacto vt  
 binas libras panis cocti ven-  
 dāt ad quindecim dipōdios,  
 ad istū eūdem ordinem regu-  
 letur lucrū aliorū foras emē-  
 tium frumentum, habito re-  
 spectu ad pretium, quo em-  
 ptum est, & ad expensas itine-  
 ris & sic si ijs iūctis vnaque-  
 que faneca numeratur pro  
 viginti Regalibus, dādus est,  
 pro duabus libris huius pa-  
 nis cocti vnus morapetinus  
 plus, & secundum hoc quo-  
 tidie fit, & habetur pro mode-  
 rato lucro, vt in propositum  
 nouissimè tenet Castillo, in  
 Politica de Corregid. lib. 3. c.  
 3. nu. 64. cū Gutier. vbi sup.  
 & contra Messiam in loco  
 iam citato. Quod fit, vt in-  
 quit Gutierrez vbi sup. nu.  
 17. quòd panis coctus ex tri-  
 tico populi no debeat exari,  
 nec vendi adeò carius, sicut  
 quod foris asportatur, ratio-  
 ne ex-

## Commentaria ad leges

ne expēsarū pro leucis itinēris faciēdarū, & sic in effectu in nostris legibus tassæ frumētī & panis cocti disponitur dū dicitur: *que en el poner del pã cozido se tenga respeto a lo q̄ saliere y se cōprare en grano, y dādoles alguna mas justa y moderada ganācia por su trabajo y costa*, prout refert Vega, *en la Suma de casos de conciencia*, lib. 3. cap. 3. 16. & ad hanc taxā debent Rectores populorū multum aduertere & caute nē pauperes nimis grauentur ob nimiū ditādas annonas, vt inquit Messia vbi supra num. 17. & latius Magister Palacios, in praxi contractum, lib. 2. cap. 2. pagin. 55. cum sequent. aliter enim vt ibi affirmat, onerabunt conscientias suas. Sed an si minus vel plus quam deceat præfecti annonæ taxauerint panem coctum, poterunt Pistrices, cum minus pretio iusto taxatur vendere ultra taxationem, vel in taxatione immodice facta, & an peccabunt, & ad restitutionem tenebuntur in quolibet horum casuum, vel Palacios vbi supra. pagin. 58.

cum sequentibus. vbi & quid in arrendatarijs, & in Agriculis perdentibus, & in hac lege iterum dicemus, & traditur etiam deductis, per Magist. Lopez in instit. negotian. lib. 1. capit. 15. column. 4. versicul. iam ex premisis, cum sequentibus, vbi inquit cum Doctores communiter tenendum, quod etiam hoc prætextu non poterit taxa Senatorum violari sine pœna in iustitia, & sine reatu in conscientia, ex hoc inferens cōfundi & depelli mercatorum nequissima deceptio, persuasioque fallacissima, qua sibi suadent ius sibi semper in esse lucrandi, & nusquam perdendi, ac semper cum lucro vendēdi: Ibi demq; ipse Lopez, in versic. præterea, & aduertendum, optimè inquit cum Nauarr. & Garzia, ibi allegatis, & Gutierrez. lib. 2. præct. q. 180. nu. 14. pretium legalis taxæ nō esse aptandum viciatis, aut corruptis, & ferè inutilibus, mercibus, sed solum synceris, vtilibus, & incorruptis: vnde triticum vitiatum corrosum, aut exosum pretio



tio taxæ velle vendere & culpa, & restitutionis obligatione non caret, tanto ergo minoris vendenda sunt quanto magis deteriorata sunt, vt & nouissime tenet Molina in secunda parte. de iusti. & iur. tracta. 2. disput. 3 64. pagin. 674. colum. 2. versi. posito. vbi & quid si est bonū? Quod etiam de pretio communi intelligendū est, quando legale pretium non est præfinitū. Et sic miror quomodo iudices permittunt in locis suis vendi panem coctum malè massum, & plenum furfuris, & alijs seminibus malis pretio taxato à lege, vel à Senatoribus populi. Et ideo dum permittitur fisco, & horreis publicis miscere triticū corruptum cum incurrupto, deberet minori pretio vendi, quā quo vendebatur incorruptū, & sic eodē modo idē esset in pane cocto ex hac missione procedente. Aliam in super quæstionem annectit Magist. Lopez in dict. capit. 15. versic. porro non abs re, scilicet, si pretium taxæ in diuersis locis varium esset, an

pretium vbi res venditur, vel vbi traditur attendendum sit, & in hoc cōcludit, quod pretium loci vbi traditur attendetur non vero venditionis, & hoc quia vbi traditur perficitur venditio: Et quare tunc perficiatur venditio (licet ipse non dicat) est quia cū per mensurā sit frumentum tradendum, vsq; dum mensuretur non est perfecta venditio, cōtractus enim hic venditionis frumenti cōditionalis est & imperfectus ante mensurationē: & si facta fuerit traditio non dicitur translatum dominium, quia illa dicitur nuda à causa, secundum Roland. Vall. consi. 7. nu. 14 & 15. vol. 3. Deci. cons. 179. & Additio. Matth. Afflict. de eis. Neap. 68. & Socin. Sen. cōf. si. lib. 3. vbi col. 1. id declarat, quod intelligitur cum venditur fundus tot tornaturarum, non vero loquitur cū venduntur tot fanecæ tritici, q̄ habeo in tali loco, pro qualibet faneca tot pretiū dādum, tūc enim ante mēsuratiōnē nō est perfecta venditio, etiam si emptor affirmet se traditam in frumento illo,

& re-

## Commentaria ad leges

& renuntiauerit legibus traditionis, quia nihil fit antequam mensurentur, vt inquit Roland. vbi supra.

Ibi. *De mil y quinientos y sesenta y ocho.* Quam non reperio inserta in nostra Recopilatione & miror de hoc cum nostra illius meminerit, & ad eam se referat iubendo eam seruari, & quia eius notitia necessaria est, ad nre legis intelligentiam & declarationem, ideo libuit eam hic inferere sub breuibus verbis in huc modum.

*Mandamos a vos y a cada uno de vos* ( loquimur enim cum omnibus iudicibus populorum) *en vuestra jurisdiccion, q guardéis, y cumpláis, y executeis lo contenido en la dicha premativa* (quæ est taxæ panis, anni 1558. in hoc titulo inserta) *y guardádola y cumpléndola, tengais muy particular cuydado de proueer como el dicho pã cozido se veda a justos y moderados precios, auido respeto a aquellos en q el pã y harina se vendiere con alguna honesta y moderada ganancia de manera, q en esto no aya ni pueda auer exceso ni desorden, proueyendo de como cerca desto lo q conenga, y*

*teniendo jutamente sin a q las plagas esten proueydas y no aya falta. E otro si, tendreis muy gran cuenta y cuydado en aueriguar y saber si algunas personas q no seã panaderas, ni de los que acostubran tener este trato, ni son de tal calidad, que ayã de entender ni usar de semejante gregeria, tratan por si, o por medio de otras personas vender su trigo y harina por estos medios de pã cozido, excediendo del precio de la premativa y para la defraudar, y que aquellos que en esto excedieren y desto usaren, sean castigados: Canos por la presente prohibimos y defendemos q no lo hagã, ni pueda hazer directe ni indirecte, por si, ni por medio de otras personas, ni usando para este efecto de ningun trato, pacto, modo, ni cautela, so pena que ayan perdido y pierdan todo el precio del pan que ansi vendieren como otro tanto, lo qual se aplique a las personas y en la manera y forma q en la dicha premativa se aplica: lo qual vos mandamos que ansi lo hagais, guardéis, y cumplais con el cuydado que negocio desta calidad, y que tanto importa al bien y beneficio publico conuie-*

conuene y se deue tener, con a-  
percebimiento que os hazemos,  
que si descuydo, o negligencia  
en esto tuuieredes, mādaremos  
proueer como a nuestro serui-  
cio, y al beneficio publico conue-  
ga. Y porque lo suso dicho ven-  
ga a noticia de todos, e ningun-  
o pueda pretender ignorācia,  
vos mandamos que bagays pre-  
gonar esta nuestra carta por las  
plaças y mercados, y otros luga-  
res acostumbrados. &c. Dada  
en Madrid a. 14. dias del mes  
de Setiembre, de. 1568. años.

Quam literā huius prag-  
maticę refert Melsia, in prag-  
taxæ pan. fo. 138. cū sequen-  
tibus, vbi aliqua dicit in eius  
propositum, & presertim in  
verbo *defraudar*, considerat,  
q̄ ex eo colligitur, & ex con-  
textura dictæ pragmaticæ,  
per eam id genus hominum  
contentorum in eanō pro-  
hiberi triticum, aut farinam,  
aut frumētum, quod habent  
vendere per se, vel interposi-  
tas personas dum tamen ven-  
dāt pretio per pragmaticam  
taxato: solum enim eis in-  
terdicitur, nē his exquisitis  
fraudibus, aut panis cocti (vt  
hic dicitur) colore & occa-

sione eandem legem circun-  
ueniant, ex tritico siue farina  
panes per se vel per alios fa-  
ciendo, & vltra taxam pani  
cocto constitutam eos ven-  
dendo: vt eidem tenet Pala-  
cios, de contract. & rest. libr.  
2. capi. 2. pag. 63. vers. quid  
quod pragmatica damnat so-  
lum eos. Ex quo infero, quod  
illi, qui non sunt panifici ad  
hoc, per iustitiam & Decu-  
riones Deputati, non pos-  
sunt vēdere panem coctum  
etiam pretio in publico foro  
currente & taxato sine pœ-  
na nostrarum legum, si pre-  
tium taxatū panificis publi-  
cis excedat metam pragma-  
ticæ, & crimen in hoc com-  
mittunt, vt ex verbis huius  
pragmaticæ decerpitur, &  
voluit Palacios, vbi supra, pa-  
gin. 62. vers. atq; de istis. licet  
quoad peccatū hoc nō pro-  
cedere inquit ipsemet Pala-  
cios, ibi pagin. 63. in princi-  
pio, quod tamen non sine  
scrupulo meo videri affecu-  
rari potest: fit enim contra  
dispositionem dictæ prag-  
maticæ, tam etiam quis ven-  
dit ille, qui non est publicus  
panificus, itidem quia ven-  
dit vl-

dit ultra taxam pragmaticę, venditque sine taxatione faciendā habito respectu ad pretium in quo triticum illud emerat panificus talis, quod quidem pretium erat considerandum & in simul expensa erat attendenda per hos publicos taxatores, & præsertim si erat tale triticum ex proprio censu, vel labore procedens, quia tunc minus licebit taxam excedere, & ideò non sine scrupulo sustineri potest dictum hoc dicti Magistri Palacios. Sed an & ad restitutionem tenebitur vendēs panem coctum pretio communi, si sit venditor ex personis prohibitis vendere panem coctū, Castillo, in Politica de Corregidores, libro tertio, capit. tertio, numer. 37. in fine. refert se ad mercado, & ad Gutierrez in lib. 2. quæst. pract. quæstione. 182. vbi tenet cū mea opinione, scilicet, peccare mortaliter, non tamen teneri ad restitutionem, ex eo quod emptoribus nullū damnum fit, cum & aliorū panes cocti eodē pretio publicè vendantur. Ego tamē

10 id \* crederem posse procedere ( si verum est ) quoties iste prohibitus vendere panem coctum certus est, triticum illud ex quo panem efficit coctum, esse emptam eius fanecam pretio illo, quo empta fuit illa ex qua panificæ publicæ vendunt suum panem coctum, & cum eisdem expensis, sed si minoris pretij erat, vel erat de suo censu & labore tunc equidē si minoris valoris erat, quā illius panis, qui venditur in foro publico, teneretur utiq; restituere emptoribus excessum, vt ex nostra lege probatur, maximè in illis verbis. *Que en el poner de pan cozido se tenga respeto a lo que saliere y se comprare en grano, y dandoles alguna mas justa y moderada ganancia por su trabajo y costa,* quibus verbis cōprehenditur, trāsgressorē esse horum verborum illū, qui est prohibitus vendere panē coctum. *Al qual no le sale la hanega del trigo tan cara, ni al precio que sale a las albondigas que venden, y a sus panaderas y personas que venden pan cozido en las pla-*  
gas pu-

gas publicas por tassa puesta por los Diputados para ello, los quales quando lo pusieron tuvieron consideracion al precio que salia cada hanega comprado, y al trabajo, costa, y gasto, y acarretos. Et si contra dictos authores teneo cum Messia in praesenti conclusione sexta. numero. 14. etiam si Gutierrez dict. quaestione. 182. numero. 13. & Palaci. vbi supra. Aliud velint contra Messiam, cuius opinionem veriore contra dicta per Gutierrez dict. numero. 13. 14. & 15. eò quod loquitur contra verba dictae pragmaticae, prout in aliud propositum considerabit ipsemet Gutierrez ibidem in quaestione. 181. numero. 4. versicul. his tamen, & clarius in dict. quaestione. 182. numero. 4. versicul. at vero respectu: vbi in effectu, si bene percepi, idè quod nos concludit, licet postea in dicto numero. 13. & 14. non ita distinguat, sed indistinctè loquatur, nisi ipsum intelligas loqui secundum quod in dict. versicul. at vero respectu, locutus erat. Sed an

panificae publicae sequentes taxationem factam à Praefectis, & à concilio etiam si immoderata sit, peccabunt, & tenebuntur in conscientia. Palacios, vbi supra, pagin. 58. columna. 1. & pagin. 59. versiculo. sed qui si, inquit, excusatas esse, quia sequuntur taxationem factam ab illis, qui eam facere potuerunt, ipseque panificae non possunt talem taxationem restringere, sicut neque augere, imo & alias, quae non sunt publicae, idem sequi posse testatur ibidem ipse Palacios, de quibus iam diximus: Eius tamen doctrinam veram esse censeo in panificis publicis, quae panem publicum publici horrei vendunt, & pro ipso horreo publico, secus in alijs vendentibus panem suum etiam si publicae panificae sint, in ijs enim non credo veram doctrinam, non enim haec tenentur sequi iniusta & immodica pretia, & contra legis dispositionem ordinata, possuntque pretia nec moderare minoris vendendo, quod non possunt illae aliae publicae panificae,

H qui

## Commentaria ad leges

qui vident panem coctum publici horrei, & pro eo & in eius vtilitatem, quibus non licet minus re pretium taxatum etiam immoderatum, & excessiuum.

*Ibi. Porque podria ser, que por malicia, arte, e industria de las personas que tienen el dicho pan, procurando como procuran que aya falta y estrechez, y necesidad en lo del pan cozido. Qua quidem hæc procurantes debent grauius puniri, quasi publicæ vt late aduersantes, & bono publico contrauenientes, sicut faciunt imposteros, qui publicè emunt annonam, vel aliquid aliud pluris quam valeat, vt cæteri eodè pretio ad emendum incitètur, qui quidem crimine stellionatus tenentur, ex. l. 3. §. item si quis, secundum Barto. intellectum, ff. de crimin. stellionat. vel qui emunt omnem annonam, quam inueniunt in prouincia, ea ratione totum ementes, vt ipsi soli postea pretio, quo vellint, eam vendere possint, qui Dardanarij vocantur, & si humiliores sunt ad opus pu-*

blicum damnantur, & quandoque negotiatione priuantur. l. annonam. ff. de extraordin. crimin. & qui monopolium faciunt, quo annona carior fiat, pœna viginti aureorum puniuntur. l. vnica. C. de monopolijs. & qui quam faciunt, quo annona carius vendatur, & qui dolo impediunt, quo minus ad ciuitatem deferatur, lege Iulia. de annonâ tenentur. l. 3. ff. ad. l. Iulia. de annonâ. & in conscientia tenentur ad damnum inde secutum, vt tradit Vega in Sylua de casos de conciencia, lib. tertio. casu. 317. & Lopez prima parte, instructo. conscient. capit. 226. columna penultim. vbi idem quoad Rectores negligentes in hoc esse dicunt, pro quorum excessuum remedio lex nostra prouidet in sequente versiculo dicens, *y que para este efecto, &c.* quod est optimum remedium.

*Ibi. Y puedan tomar y tomen de qualesquier personas, de qualquier estado, condicion y calidad q̄ sean q̄ lo tuuieren el pan en grano, o barina. Sed*

an de

an de Ecclesiasticis redditibus & decimis poterunt iudices seculares tempore necessitatis in annonam ad prouisionem Reipublic. facere sequestrari triticum & hordeum talium decimarum, Ecclesiasticarumq; personarum redditus, præsertim iam existentium in horreis Ecclesiæ, & clericorum, & collectorum suorum, ubi congregari solent, & in hoc Gutierrez libro primo quæstio. practica. quæstione. 13. per totam, ad utramque partem examinat latè hanc difficultatem, an sine pœna & censuris id possit per seculares iudices licite fieri, & tandem concludit, quod iudices & Rectores seculares dummodo in procedendo, & exequendo obseruent ad unquam formam traditam, atque præscriptam à l. 1. titul. 25. lib. 5. supra & sic seruatis seruandis rectè poterunt frumentum clericis nõ necessarium sequestrari, vèdique facere à gentibus absque metu excommunicationis & requisita necessaria ibi ipse Gutierrez anne-

tit. Primo, quod sit atque immineat necessitas magna, & indigentia tritici. Secundo, quod triticum auferendum sit ad vendendum per clericos deputatum, vel habitum, & quod eis relinquatur triticum necessarium pro se & famulis eorum. Tertio, quod pretium verè & realiter soluatur, vel si nollint recipere offeratur taxatum à lege & depositetur, ac cõsignetur: & de ijs omnibus fiat informatio, quæ procedat ante sequestrum, & tunc, inquit Gutier. optimè fieri posse sine metu excommunicationis, & hanc dicit ibi esse suam opinionem, Castillo tamen in dicta sua Politica de Corregidores. libro. 3. cap. 3. numer. 13. inquit in facti contingentia cū omni iustificatione fecisse sequestrum hoc, & cum iudex ecclesiasticus contra eum procederet & excommunicaret, & adisset Regium Consilium pro adipiscenda prouisione ordinaria in gradu violentiæ cõmendæ, & quod per 80. dies absolueretur, noluisse Regium Cõ-

filium præbere hanc prouisionem, & sic triticum essem deuolutum clericis quorū erat: Ego vero cum semel fuisset consultus per quendam iudicem super simili casu volentem pro supplenda publica necessitate hæc facere, consului, antequam istos authores viderem, & iudex hic prius informationem faceret de dicta publica necessitate, & quod superabat clericis triticum, & erant requisiti cum pretio taxato per legem, & quod nolluerūt illud recipere, & quod hac de causa pretium depositatum fuit in persona idonea. Et quod cum insertione huius informationis & depositi expediret requisitoriam ad iudicem Ecclesiasticum, cui clerici illi erant subiecti, petendo, & requirendo eum, quod sibi impartiret auxilium pro sequestrando, & capiendo illo tritico pro succursu dictæ publicæ necessitatis, aliter enim quod in suam negligentiam & nē plebs fame periret sequestrari faceret triticum & capi pro

dicta necessitate succurrenda relicto illo tritico, quod esset clericis pro se & familijs suis necessarium, & huc attinet illud quod Neemias fecit, Esdreæ libro tertio, capite quinto, protestando sacerdotibus, quod decimas populi illis reliquisset pro se danda fame: & cum ijs crederem satisfactum legi, & Canoni, ne incurratur excommunicatio aliqua, & iustificata sit intentio iudicis hæc facientis, sed non vidi finem huius casus, quia clerici antequam hæc fierent dederunt triticū, & gauderem utique finem videre, vnusquisque tamen suo in tempore videbit, quod securius erit sibi & suæ conscientiæ.

*In. S. Y como quiera, ibi, y cumpla las leyes y preuencas que cerca desto estan hechas. Quæ inseruntur in. l. 19. tit. 1. & in. l. 4. tit. 25, quæ est nostra, istius lib. 5. & in dict. l. 19. aliqua diximus.*

*In. S. Otro si, en quãto, ibi, y en sus testimonios, y diligencias se contiene. Quæ quidem*

dem



dem testimonia debent esse in scriptis, secundum quod in lege sequente in. s. *Otro si, por quanto*, disponitur, & declaratur, vbi aliqua dicemus Deo volente.

In. s. 9. *Y porq̄, ibi, ha de ser el peligro de las propias consciencias.* \* Bona est enim substantia, cui non est peccatum in conscientia, Ecclesiast. 13. cap. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiat, aut quam cōmutationem dabit homo pro anima sua. Gloria enim nostra hæc est, testimoniū conscientiaē nostræ, vt. 2. Corinth. 1. capit. & ideò nē contrarietur nostræ legis dispositioni timor conscientiaē, & eius periculum debent ante oculos haberi: nā vt inquit Augustin. in cap. senti. 1. 1. quæstion. senti de Augustino quicquodlibet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Hincque Gregor in capit. in cunctis ea. cau. & quæstione in cunctis, quæ in hac vita aduersa prouenit, sola est (sicut nostis) omnipotentis Dei iup.

districtio pensanda, atque ad cor proprium recurrendum semper, vt ibi lingua implicet, vbi conscientia nō accusat, quem enim conscientia defendit, liber est inter accusationes. Et liber sine accusatione esse non potest, si sola, quæ in interioribus addit, conscientia accuset.

14 In eo. s. ibi. *Declaramos.* Quod quidē Rex etiā quoad conscientiam per legem suā facere potest, vt dixi in Rubrica, numer. 30. titul. 1. lib. 2. supra.

15 In eo. s. ibi. *Los quales queremos que en todo caso seã obedecidos y cumplidos.* Quod cum iustè iubeatur, sanctissimam vocat nostram legē pretij tritici taxatiuam, Castillo, in Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 1. nu. 63, ad finem, & sic asserendum est, obligare transgressores in conscientia ad pretij excessiui restitutionem, vt per plura probat Gutierrez dict. libr. 2. practicarum quæstione. 108. nu. 9. & 10. & in numero. 18. inquit restitutionem excessus debere fieri parti læsæ, & sic emptori,

H 3 & si

& si ipse non pecierit, debet pauperibus erogari, vel in opus aliquod publicum & commune conuerti, vt inquit Vega, in Sylua de casos de conciencia, libr. 13. casu 316. in fine, & Lopez in. 1. parte, instructo. conscient. capit. 226. colum. penulti. pag. 561.

In eo. §. ibi. *Y que no la dis- simulacion ni permissiõ de nue- stros juezes y justicias (los qua- les no tienen autoridad, poder, ni comission para dispensar, ni remitir, ni disimular) no les es- cuse, ni pueda excusar.* Verba hæc quotidie præconio pu- blico publicari deberent in foro, vbi rustici congregan- tur, vt eis notum fieret, licen- tias à iudicibus præstitas nõ excusare à pœna, nec à resti- tutione excessus pretij, neq; ipsos iudices tutos facere quo ad hæc quandoquidẽ lex nra eos inhabiles reddit & impo- tentes ad dispensandum re- mittendum, vel disimuladũ vt transgrediatur legis nrae taxa, etiam tempore necessi- tatis ob quam ledandam, & succurrendã facta est. Et quo ad iudices, quod hæc nõ pos-

sint manifestum ex ijs no- stræ legis verbis apparet, & quia eius est soluere leges, cuius & condere: Regis au- tem solius est constituere le- ges generales, ergo ipse so- lus soluere eas potest, quod si alius, quam id ipse id fa- ciat, contra legem nostram facit, ergo eius pœnas in- currit, neque necessitas ex- cusat, quia circa eam pro- uidet lex nostra, & illi- cite facit contra legem iu- stam faciens, & sic venden- tes virtute talis licentiæ per- missiuæ, remissiuæ, vel simulatiuæ ad pœnas tenen- tur nostræ legis si ab eis pe- tantur, & itidem in con- scientia ad restitutionẽ pre- tij excessiui vltra taxam etiã si non petatur, vt per Mo- linam, de iustitia & iure, par- te. 2. tracta. 2. disputat. 364. colum. 1. cum sequentibus. nam mandatum iniustũ obe- diẽs nõ excusatur, vt in sta- tuto inquit Bald. relatis per glos. firmes. l. 18. titul. 9. par- tit. 2. licet enim iudices mã- datum soleat excusare ex capitulo si quando. de re- scriptis, lex, non videtur.

§. qui

§. qui iussu. ff. de regulis iuris. cap. quod quis mandato. de regul. iur. in. 6. l. 5. tit. 15. part. 7. Id tamen verum est, quando præceptum & mandatum iudicis, fit secundum legem vel non constat, quod sit contra legem, & inconcernentibus officium: secus vero si euidenter sit iniustum, & contra legem, nam tunc non excusat tale præceptum iudicis, imo non solum non debent obedire officiales, verum & debent ei resistere, ex. l. omnes. C. de Decurio. lib. 10. l. euidenter. C. de executio. num. eod. lib. l. quoniam iudices, & ibi glos. & Bald. C. de appellatio. & tradit glos. in. d. §. quod iussu. & glos. *Por mādado*, in. l. 5. quā sequitur Bart. nu. 3. & Paul. num. 6. & Oros. colu. 21. versi 16. in. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. mandatum autē licentia permissio vel dissimulatio vendendi triticū, vel panem coctum ultra tassā, etiā tempore necessitatis, est contra legem nostram, ergo iudex hæc permittens incurrit legis nostræ, & sequentis pœnas impositas similibus

iudicibus, & venditor vtens dicto falso mandato, aut permissione incurrit etiam pœnas legū nostrarū, & sic minor de asserta determinatione relata per Castillo in dicta Politica. d. lib. 3. cap. 3. nu. 67. in fin. asserentem se vidisse in foro exteriori excusatos sic vendentes ultra tassam virtute permissiois iudicis inferioris, nam licet excusaretur à pœna ordinaria, non tamen deberet sine pœna relinqui, & dictis per nos, in. l. 2. in princ. tit. 13. supra lib. 4. & in. l. 14. tit. 3. lib. 1. Ordin. \* Sed quoad forū conscientia reperio in hoc casu tres opiniones: in casu quo adsit necessitas & penuria panis, nam de hoc tempore loquimur & cōmuniter toleratur venditio ultra tassam. Prima fuit opinio dicentium non esse licitum ultra tassam vendere, aliter enim & mortaliter peccari & ad restitutionem excessus teneri in omni tempore sterili vel non, eo quod taxa principaliter apposita est annis sterilibus panis, ne carus panis fiat, & ne abscondatur per diuites

## Commentaria ad leges

tes panem habentes, & ut  
pauperes fame non perirēt:  
ergo dissimulatio, ac permis-  
sio iudicem non excusat: nā  
si id tolerant iudices non id  
faciunt, quia his excessibus  
sponte conuiueant, sed quia  
prudenter ea inconuenien-  
tia cauere curant, quæ ex in-  
flictione pœnæ si contende-  
rent punire orirentur. Ideo  
quadam tacita dissimulatio-  
ne prætereunt id, cui nulla-  
tenus tacendo consensum  
præbent, iuxta Doctorū sen-  
tentiam relatam à glos. in ca-  
pit. qui tacet. de regul. iur. in:  
6. & in cap. is qui tacet. eod.  
titul. & lib. pro quo & facit  
illa regula, cap. cum iam du-  
dum. de præb. multa per pa-  
tientiam tolerantur, quæ si  
in iudicium deducta fuissent  
nō tolerarētur, & ijs & alijs  
sequntur, & tenent hanc sen-  
tentiam Metina Complut.  
de restitutione, quæstione.  
31. & 36. & Sotus de iustitia  
& iure. libro. 6. quæstione. 2.  
articul. 3. Castro de lege pœ-  
nal. libr. 1. capit. 12. Nauarr.  
in Summa, capit. 23. num.  
83. vsque ad 86. & Castille  
vbi supra. num. 65. & 66.

& Auiles & alij per me re-  
lati, in. l. 1. numer. 6. in fin.  
cum sequentib. supra isto ti-  
tul. item quia secundum cō-  
muniter Doctores iustū pre-  
tium est illud, quod per le-  
gem, aut orbis rectores ta-  
xatum est, cuius ratio est,  
quia cum pretium iustum  
sit, quod æquale est valori  
rei attentis omnibus circun-  
stantij facientibus ad valo-  
rem, sicut ad Gubernato-  
res & Principes pertinet, cæ-  
tera Reipublice moderari,  
& ita & rerū pretia taxare,  
& statuere sua prudentia &  
æquitate, aliàs daretur oc-  
casio diuitibus tempore ste-  
rilitatis annonam augendi,  
& exhaurēdi pauperum bo-  
na, & alijs multis damnis Rē  
publicam afficere, quæ latē  
prosequitur Metin. vbi supr.  
Item, & quia omnes faten-  
tur hoc pretium esse indiui-  
sibile quod dicitur legitimū,  
id est à lege taxatum, & ita  
illud excedere est mortale  
peccatum in re notabili, ve-  
niale vero in exigua, vnde  
licet postea de cursu tempo-  
ris merces plures estimetur,  
communiter apud omnes,  
vt tri-

vt triticum tempore sterilitatis, non licebit secundum æstimationem vèdere communem, sed secundum publicam Principis æstimationem, qui nō passim leges mutare & condere debet: id enim esset imprudentiæ, unde cum tempore conditionis legis omnia prospexerit, quæ ad rei iustum valorem pertinebant, non propterea tenetur, vel reuocare, vel lex iniusta iudicanda, quia aliquando in communi æstimatione populi plus valeat res ob magnam penuriam vel aliam causam: nam quanuis, vt Doctores notant leges mutari debeant, cum notabiliter circumstantiæ variantur, adeò vt si Princeps esset negligens notabiliter iam inciperet lex esse iniusta, & in conscientia non obligare, sed vt dixi id passim fieri non debet, vt inquit Petrus Nauarra de restitutione, lib. 3. cap. 2. num. 1. cum. 2. sequentibus. Vbi ex hoc in nu. 25. inquit, q̄ ratione industrię laboris & expensarum & periculorū nō licet mercatori rem carius

vendere, quam in communi æstimatione valeat, & à fortiori (ipsius auctoris iudicio) quam lege taxatum sit, eo q̄ Regula veri pretij non sunt dictæ circumstantiæ nisi quando res nō habet determinatū pretium ex cōmuni æstimatione vel publica taxatione, & ita hęc metam transgredi nemo potest, cum tã lex quã communis æstimatio ea omnia perpendat in valore assignandos. Si ergo hęc ita se habent, nihil efficit iudicium dissimulatio vt pretiū iustum & à lege taxatum vnusquisque possit ad libitum excedere sine reatu peccati mortalis, & restitutionis, si notabilis sit excessus, & non paruus, & sic hęc prima opinio iuridica & tenenda videtur. Secundã vero opinionẽ aliqui tenent dicentes totū contrariū scilicet, super acceptionẽ illã pretij vltra taxam pragmaticæ, & culpa carere & obligationem restituendi non contrahere, si ob dissimulationẽ superiorum tempore penuriæ panis taxa excedatur, videturque apparenti ratione

H 5 hanc

## Commentaria ad leges

hanc opinionem tutari: primo quia vt inquit Nauar. in Manua. cap. 23. num. 88. rarissimè esset ponenda, hæc tritici taxa atq; annonæ: tum quia dat occasionem corrupta & inutilia vendendi eodem pretio taxæ, quo sincera, & utilissima venduntur, quod est culpæ & restitutionis, vt remanet dictum in hoc titulo, & fit quotidie, nã panis coctus venditur niger & male conditus, & quandoque sine debita mensura, idque non solum vendentium grauat animos, verum & iudicum ac rectorum populi, hæc consentientium, tanto enim minus valet triticum, & panis coctus, quanto in eo adest corruptionis et vitij: tum etiam quia superueniente penuria tollitur omnino taxa, & illa non occurrente parum est necessaria: & hac de causa ego dico super lege, *de las albondigas*, infra lib. 7. quod pragmatica taxæ panis, ac tritici in anno ipso sterili, & pro eo deberet fieri, saltem vt secundum indigentiam occurrentem pretium taxaretur sicut enim in

annis in quibus vini, aut olei, aut carniū sterilitas accidit, vel mercenariorum penuria euenit iustè in his omnibus ascenditur in pretio, ita quoque par ratio est, vt in magnæ frumenti sterilitatis annis, frumenti pretium augetur, præsertim cum maioribus expensis constet frumenta. Secundo pro hac opinione facit, quia non est verisimile cū Rex sciens transgressionem legis suæ posituè merè tolleret transgressores, cum pœna plectere possit, à pœna illæ los relinquens, vellit in conscientia eos per legem pragmaticæ obligari ad culpã, hoc enim nihil aliud esset, quã his animabus iniicere laqueos, quæ ex tali toleratã licitū esse sibi cõtra legem agere putant: nã vt inquit Maior in. 4. Sentè. distinct. 13. quæst. 1. versic. Secunda cõclusio: valet hoc argumentum si ista opinio teneretur omnes perirent, ergo non est tenenda, & sic inquit summus Pontifex in capit. maiores. de Baptism. absit enim vt tot paruuli pereant, quorum quotidie tanta

ta multitudo moritur, sicq; tolerantia hæc Regis non abesse à culpa, vtpote occasione delinquendi cōtra legem præbens: nisi cum consensu pro tunc suspendendi vim obligatiuam legis coniuncta esset in Rege, ita tenet Anton. de Butri. & alij relati per Syluestr. in Sūm. verb. lex. quæst. 6. verb. consuetudo. quæst. 6. & 7. & gl. in cap. is qui tacet. de regul. iur. in. 6. & Abb. in. c. quia circa. de consang. & affin. prout & omnes referunt, Lopez in instructor. negotiatium, lib. 10. cap. 16. col. 2. & Vega in sua Sylua de casos de conciecia, lib. 3. casu. 312. & eam videtur sequi Melsia in pragmat. pan. conclusi. 3. nu. 17. allegando Metinā: sed isthæc secūda opinio deficere in rationibus suis inquit Cordo. na in Sūm. quæst. 78. & Lopez vbi supra, & iterum in instructor. cons. casu. 226. col. 2. ex eo quod talis taxa Regis non est iniusta cōtra agricolas in sterilibus annis, vt quidam aiunt, quia cōditor pragmaticæ cum suis consiliarijs omnia cēsetur prof-

pexisse, taxamque sic præfuisse, vt tam annis abundantibus, quam sterilibus deseruiret, ita vt vtrinque fieret proportionabilis recompensatio. Imo magis pragmatica edita est pro annis egestatis, & sic pro eis videtur proportionari taxam, plusquam lucri in dictis annis egestatis sibi comparant agricolæ vendētes ad taxam, quia tūc vilius locantur operarij à se ipsis ad agriculturam, quam tempore abundantiaē vbi vilius frumenta veneunt, & operarij ad agrorum culturā carius conducuntur ab agricolis: Et quandiu de iniustitia pragmaticæ, taxæq; nō cōstat censenda est iusta, obseruandaque est donec per auctoritatem publicā, vel legitimā consuetudinem deroguetur: Item etiam, quia qui caritatē pretij solutis sunt inducere super frumēta nō sunt agricolæ, sed frumenti conductores, vtpotē qui potentes sunt ad recondendum frumentū in magna copia: Item hæc secūda opinio ex verbis nostræ legis clarissimè refutatur & per consequēs prima vide-

## Commentaria ad leges

videtur tenenda. Tertia vero fuit opinio reconcilians, & concordans dictas contrarias opiniones, scilicet, quod prima opinio vera sit & procedat quoties per iudices inferiores permittitur in provincijs suis expressè vel tacitè, putà preconizando, vel dissimulando vendi panem coctum, vel triticum ultra tassam: tunc enim venditor ad restitutionem in conscientia tenetur, quia non habent potestatem id permittendi, vel dissimulandi, vt inquit lex nostra, & tenet supra dictos Doctores primæ opinionis, & inquit Gutier. lib. 2. Practic. quæst. 180. nu. 21. neque credendum est eos talem potestatem habere nisi eam demostrem cum lex nostra disponat iudices inferiores non habere hanc potestatem, & eis prohibeat dissimulare, tacitè vel expressè cū dispositione nostræ legis, imò eos ponit si dissimulauerint. Secunda vero opinio procedat quoties permissio hæc per Regem fit, vel eius Regale consilium expressè permittendo, vel tacitè dissimulando

transgressores publicos huius taxæ finendo publicè & communiter absque vlla punitio-  
ne vendere triticum, vel panem coctum ultra taxam, tunc enim eo quod à Rege vel eius consilio Regio id permittitur communiter, & sine vlla punitio-  
ne, contrauentium nulla restitutionis obligatio contrahetur in ijscæ egestatis & penuriæ temporibus, vel quoties nostra taxa non esset recepta ab omnibus sciente superiore, quia tunc talis lex non ligat, secundum Mesin. in dict. conclusi. 3. num. 18. quod ego intelligerem quoties tales venditores licet venderent, & vendere possent panem & triticum ultra taxam in ijscæ casibus, in quibus hæc secunda procedit opinio venderet pretio iusto numeratis expensis & labore: secus vero si ultra hæc vendere vellent excessiuo pretijs, quia tunc ex iniustitia talium excessiuorum pretium teneretur, iam quod ex vi pragmaticæ taxæque non essent obligati seruare talem taxam, nam vt dictum est in hac lege non licet mercatoribus summis pretijs



tiss & excessiuis merces, ac mercantias vèdere, sed iusto pretio potius, & hæc est mea noua consideratio: & sic hæc concordiam tenēdam & sequendam inter has opiniones asserūt Gutierrez vbi supra. num. 21. & 22. & Cordoua, vbi supra, & Lopez. d. cap. 226. col. 2. & 3. & in d. instructo. negotianti. lib. 1. cap. 16. & Metina, ibi allegatus, & Vega in d. Sylua de casos de conciencia, lib. 3. casu 213. cū. 3. sequentibus. qui omnes addunt, quod si Rex vel consilium Regium non ita communiter cum omnibus dissimularet, sed aliquos puniret, licet alios non puniat, nō est hæc permissio sufficiens ad excusationem conscientie, & in hoc etiam casu procedit prima opinio, quem casum omittēbā, quia cum communiter cum omnibus dissimulatur loquimur. Sed vt nihil omittatur & ne causa dubitādi relinquatur, istum etiā cum supra dictis posuit, & sic remanent dictę opiniones conciliatę, & veritas huius quęstionis optime declarata. Ex quibus om-

nibus desumo conclusionem, scilicet, quod ratione penurie siue egestatis tritici aut panis cocti non licet in consciētia taxam excedere, quę iusta in dubio credenda est & proportionata tēporibus sterilibus, licet iudices inferiores aliud expresse permiserint, vel dissimulatione tacuerint, quę quidem cōclusio nō procedit quoties Rex vel eius Regium consilium vel alius ab eo potestatem ad id habens permetteret venire contra tassam, vel cū omnibus vendentibus vltra eam dissimularent nullos puniēdo, secus vero si aliquos puniret. Secundo nō procedit dicta cōclusio quoties dicta taxa & pragmatica nunquā fuisset recepta ab omnibus in loco illo sciente superiore, nam cum tunc vim legis non habeat nimirum si non obliget, deberet tamē iustificari, secundum terminos iuris legem talem non esse in illa prouintia receptam per omnes, secus vero si ab aliquibus, & cum aliquibus vteretur, nam tunc non vtentes nō excusarentur, prout dixi

in.l.

## Commentaria ad leges

in. l. 3. num. fin. tit. 1. libr. 2.  
supra. Vbi quando dicetur  
non recepta lex.

Ibi. *Y mādamos a todas las  
nuestras justicias, assi de lo aba-  
dengo como de señorio, que ten-  
gan muy particular cuydado y  
cargo de cūplir y executar estas  
leyes.* Verba hæc, *ansi de aba-  
dengo, como de señorio*, non ex-  
cludunt iudices Regios, sed  
omnes includunt, vt apparet  
ex verbis nostræ legis ibi, *a to-  
das nuestras justicias*, & in  
executione legum pendet cō-  
seruatio ciuitatum ac populo-  
rum & in earum obseruatio-  
ne, interitum enim (inquit  
Plato in eritia) esse paratum  
illi ciuitati video, in qua, nō  
lex magistratibus, sed legi  
magistratus præfunt. Et idē  
Plato in lib. ciuili, inquit, si  
magistratibus spretis legibus  
aut lucri causa, aut propriæ li-  
bidinis gratia, alia quædam  
præterea, quæ sunt legibus  
constituta, imperitus rerum  
agere tentet, scelus graue cō-  
mittit, officia vitæ confun-  
dens, atque peruertens. Qua  
propter legibus constitutis al-  
tera iam nauigatio est, vt ne-  
mo quicquam vnquam præ-

ter illas facere permittatur, si-  
ue singuli siue populus id co-  
netur, quæ & alia adducit Si-  
mancas de Repub. lib. 4. cap.  
16. & 17.

In. §. fi. ibi. *Excepto en las  
partes.* Exceptio hæc firmat  
Regulam in contrarium, ita  
vt in quibuscumq; alijs locis  
quam exceptis, etiam si talia  
loca sint exterilia panis de-  
bet obseruari nostra pragma-  
tica & taxa, vt in hac lege re-  
manet dictum.

In. l. 5. ibi, *Arazon de cator  
Zereales*, hoc est vltimū pre-  
tium vsq; nunc augmentatū  
pro faneca trici, & itidē pro  
faneca hordei vel typhi, itidē  
pretia hic constituta vltima  
sunt vsq; in hodiernum diē;  
& augmentata sunt, vt annis  
sterilibus, in quibus & pro  
quibus lex hæc facta est pro-  
portionabilia constituentur  
pretia, aliter enim non esset  
lex iusta, vt ex dictis in lege  
præcedente glo. autem appa-  
ret, *se dan*, poterit conueniri,  
quod vltra pretium taxatum  
emptor soluat gabellam, tra-  
dit Felicia. in tract. de censib.  
lib. 2. cap. 1. num. 14. vbi cum  
Melsia, ibi allegato, tenet in iu-  
dicio

dicio exteriori, & interiori id fieri posse licitè, quia venditor nihil aliud percipit, quam pretium taxatum, igitur ad nihilum tenetur, sicut & cum venditur triticum in campo longe à ciuitate existēs, nam venditor conueniri potest, ut sibi soluat pretiū taxatū; & emptor suis expensis portet triticum in domum suam, nihilominus tu super hoc latius cogitabis cū casus euenerit, nam pro nūc mihi non applaudet hæc opinio, quis enim negauit in hoc casu cū gabella sit onus venditori incumbens, quin si onus hoc emptori imponatur, venditor lucretur illud plus in gabella numeratum, neque argumentum illud de vendente triticum in campo aliquid officit nobis, quia ibidem non pertinet ad venditorem portare triticū ad domū emptoris, neq; est onus venditionis, sicut est gabella, ergo dictum fundamentum nullius est momenti pro illo, rum Doctorum opinione: neque itidem obstabit aliud fundamentum ipsius Feliciani se fundantis in quadā do-

ctrina Rebus. ibi allegati dicentis, laudimia non facere excessus pretij, neque computari ad rescindendam venditionē, quia emptor illa non recipit, cessat enim ex eo, quod ibidem laudimix non spectabat solutio emptori, & ideo nimirū quod non rescindatur venditio, licet laudimia detur & soluat à venditore, quod secus est in nostro casu, cum omnis gabellæ soluendæ ad venditorem spectet, qui quidem si percepit pretium taxatum pro faneca tritici, & gabellam non soluat, percipit pretium gabellæ ab emptore, ergo recipit ultra tassam, & sic res cogitandi qua hæc est, quam relinquo lectori ruminandam, non enim omnia digerere possumus, aliquid enim digerendū doctis lectoribus est aliquādo relinquendum.

2 In. S. *Tansi mismo*, ibi, *no puedan moderar las penas*. Intellige sine iusta causa, & de expressis in iure, puta, ut dictum est, si quis errore iudicum ductus permittentium vendi maiori pretio ob nimiam penuriam panis, hic enim

enim licet in foro poli non excusaretur, in foro fori, sic excusabitur non à toto, sed à tanto, vt dictum remanet in lege præcedente, imo & in totum excusari in foro fori, ibidem diximus ex Castillo, & fortassis sic fuit factum, vt ibi afferit, nè moderatio daretur contra nostri. §. dispositionem & prohibitionem, sed & adhuc data legitima causa & de expressis in iure moderari posset, quia lex nostra iniustas iudicum moderationes tollit, nõ vero iustas, vt diximus in lib. 8. supra in tit. de las penas sub. l. 14.

3 Ibi. *No las puedan anular por via de nulidad.* Intelligenti si talis nullitas descendat ex defectu citationis, vel iurisdictionis, vel notoriæ iniustitiæ resultantis ex actibus processus, hæc enim nisi expresse dicatur non censentur exclusæ ex dictis per nos in. l. 2. num. 25. cum sequentibus pluribus, tit. 17. lib. 4. supra, prout excluditur in. l. 4. eiusdem tit. 17.

4 Ibi. *Ni por otro remedio alguno.* Nisi sit minoris ætatis, & sic per viam restitutionis,

hoc enim nunquam videtur exclusum, nisi expresse dicatur, vt diximus in. l. 1. nu. 21. tit. 6. & in. l. 4. tit. 17. lib. 4. supra num. 3. & tradit latè Fracisc. Becius conf. 12. nu. 68. cum sequentibus pluribus, nisi cum remedium appellationis tollitur & omne aliud quodlibet remedium & recursus, vt dixi in. l. 3. nu. 97. & 98. tit. 7. eod. lib. & in. d. l. 4. num. 5. cum sequentibus.

5 In. §. *Otro si por quãto, ibi, y los que con otros testimonios.* Ex ijs verbis datur intelligi formam testimoniorum de super signatam esse de substantia ad euadendas nostræ legis pœnas, nam cum lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus omne expressum in ea censetur esse de forma substantiali, vt alibi sæpius per me dictum est, quod si forma non seruetur nihil fit, & cum nihil fiat pœnam nostræ legis incurrit nõ seruans legis nostræ formam: quod credo verum ad hoc vt testimonijs credatur, quo ad hoc enim forma nostræ legis seruanda est, sed quoad hoc, quod antequam vedatur

triti-

triticum venditor debeat ad iudices loci, vbi venditio celebratur cum testimonijs, vt pœnas euitet legales, non credo necessarium, sed quod sufficiet post venditionem celebratam testimonia talia iudici ostendere: nam & hoc modo satisficit intentioni nostræ legis & ordini eius, lexq; nostra nõ requirit omnino ante venditionem testimonia demonstranda, & verba ista. *Y los que con otros testimonios, que no sean de la forma y orden de suso referida, e sin hazer la presentacion del en la forma y manera que las dichas premiticas disponen, vñ dieren algun pan.* Nam ista verba nil nocent cum copulatiuè procedant disponendo & dicendo. *Y los q̄ cõ otros testimonios, y sin hazer la dicha presentaciõ.* Et sic vtrunq; debet verificari, ad incurrendam nostræ legis pœnam, scilicet, quod testimonia nõ sint authentica & q̄ eorũ præsentatio facta non sit, & cum vnũ horum deest non verificatur copulatum: ergo neq; cõtrauenitur nostræ legis dispositioni, & cõsequenter non incurritur

eius pœna, etiam si præsentatio ante venditionem nõ fiat: copulatum enim ea est natura, vt vtriusq; copulati verificatio requiratur, sed si denunciator non probat, neq; demonstrat testimonia esse cõtra leges nostras, licet demonstret & probet ante venditionem non esse factam præsentationem testimonij, coram iudice, deficit eius intentio, & sic pœna, sufficietq; tunc sufficere defectum præsentationis testimonij, antequam sententia in causa feratur incubit enim denunciatori probare nõ traxisse testimonia, neque præsentasse: sufficitq; vt legis nostræ intentio adimpleatur, eius formam post venditionem adimplere præsentando coram iudice testimonia facta, secundum nostræ legis tenorem & formam, & sic quauis in l. 2. supra eod. indubiũ posui verbis nostræ legis attentis, an sufficerent post venditionem testimonia præsentare ad euitandas pœnas, nũc autẽ si cõsiderado post factũ redderẽ venditorẽ liberũ à pœna ante factũ verocõsulerẽ ei, vt testimonia præsetaret coram iudice antequam

## Commentaria ad leges

tequam panem venderet, ad euadendas iudicum Technas, & aduocatorum inuentiones & cauillosas allegationes, quoad forum, tamen conscientiae, vbi veritas ex verbis solis attenditur hæc non requirentur, vt aduertit Gutierrez hic in. d. q. 18. n. fi.

6 In. §. + *Y por quãto el remedio, ibi. siendo los tales testigos personas fidedignas, y de las calidades que el derecho dispone.* Et sic qualitates probandæ sunt per denuntiatorem, neque sufficiet præsumptio iuris, quod quilibet præsumitur bonus, prout late diximus in. l. 6. tit. 9. libr. 3. supra numer. 14. cum sequentibus. in simili materia testium singularium & partium.

7 In. §. *Otrofi, + por quanto, ibi, mezclando el trigo con centeno.* Adeo, vt si rusticus à tritico paleas, & terram excluserit, & limpidum in domo inuexerit, si post illud vendere voluerit, non possit miscere cum eo paleas, petras, & terram, quæ ab ipso tritico in campo abstulerat, vt cum Metina securius esse

dicit contra alios relatos, Vega in sua *Silua de casos de cõs-ciencia*, libr. 5. casu. 135. itidemque mixtio hæc fieri non potest: quia si fieret nimis valebit triticum, & consequenter si pro pretio taxato venderetur, ac si esset purum & sine mixtione venderetur, vltra tassam, & consequenter in foro fori, & poli peccaretur mortaliter, & cū obligatione restituendi excessum, vt in hoc titulo remanet dictum & de ijs agit Gutierrez lib. 2. quæst. pract. q. 181. nu. 1. & fin.

In. l. 6. tit. 25. libr. 5.

1 **A**N Propter temporis sterilitatem augeatur itineris taxa necne? num. 1. Et. 2. vbi pars affirmatiua sustinetur.

3 *Lex ista habet locum non tantum in auena, sed in panizo, & hordeo.* num. 3.

### SUMMARIUM.

Taxa espenarum itineris agalonis antea constituta pro qualibet leuca augmentatur in præsentis.

Ibi.

**I**bi. *Hasta diez maravedis por legua.* Quid tamen si tā-  
 1 ta esset † penuria hordei & cibariorum, sibi & bestiis suis applicādorū, quod in excessiuis pretijs venderentur, possent nē tūc agasones & aliæ personæ triticū hordeum typhum, aut auenam deferentes in alia loca taxā itineris á lege nostra constitutam excedere saltim in cōf-  
 2 3 cientia, prout in hoc anno 1598. accidit, quia non reperiatur hordeum, nisi vltra 20. regales pro qualibet faneca, itidemq; panis coctus in sūmo pretio, & in hoc Messia in prag. pan. sup. declaratione prag. ann. 1558. *De los portes.* fol. 133. in prin. inquit quod licitum erit in iustitia & in conscientia, & sine pœna fieri, dum tamen, quod iustum erit, vltra taxam percipiant, secus vero si excederēt  
 2 notabiliter: † mihi tamē hoc non satisfacit, nam lex nostra sterilibus annis prouisit, potius quam non sterilibus, proportionauitq; taxam hanc cōpensando annos hordei steriles, cum non sterilibus: item quia agasones ij in annis laijs

& temporibus, vbi tanta ordei penuria nō adest nihil ex hac taxa diminuunt, ergo & ipsi debent vnum tempus cū alio cōpensare, neq; possunt sibi ipsis sua propria manu in hoc prouidere, sed illius qui mederi id potest licentiā petere debet, aliter enim leges de nihilo seruirēt, si vnicuiq; id liceret facere.

**I**bi. † *Y auena.* Idem quantum *Alpanizo*, quod in hordeo iudicandum esse asserit Messia in loco supra proxime allegato, in fol. 133. pag. 2. cum eadem sit ratio ex purificatione huius seminis, cū semine ordei, & omisi, & expressi, idem debeat esse iudicium, ex. l. 2. §. si mater. ver. quid si curatores. ff. ad Senat. Cōs. Tert. & ex alijs, sibi allegatis ex idemtitate rationis, idem esse iudicandum probantibus.

In. l. 7. eod. tit. 25. lib. 5.

**I**ntelligitur *pragmatica de los labradores, facta anno. 1594. num. 1.*

S V M M A R I V M.

Prohibetur in præsentī sub

I 2

gra-

## Commentaria ad leges

gravis pœnis, vt nullus  
per se, neq; per alias perso-  
nas vtatur arte pistoria,  
qui secundū qualitātē suę  
personę ea vti non potest.

**I** Bi. En q̄ permitimos a los la-  
bradores. † Hodie tamen ex  
nouiori pragmatica Madriti  
facta anno. 1594. quæ voca-  
tur pragmatica, *De los labra-  
dores*, in. c. eius. 6. alteratum  
hoc est in hunc modum,  
*Que al labrador que luego aca-  
bada la cosecha la manifestare  
a la justicia, y por las tazmias,  
o en otra manera prouare la cã-  
tidad de pan que ha cogido, y  
por ella pareciere, que fuera de  
lo que ha menester para pagar  
diezmos a la Iglesia, y rentas  
al señor, y para sus sementeras,  
y alimentar su casa hasta la co-  
secha siguiente le sobra algo, le  
de la justicia licencia para que  
pueda panadear la mitad de-  
llo al precio que le tassare, con  
alguna ganancia moderada, la  
qual valga por el tiempo que le  
pareciere que basta para aca-  
bar de panadear la dicha mi-  
tad que les sobra. Y q̄ si huie-  
re muchos labradores que quie-  
ran panadear, la justicia les re-*

*parta el tiempo en q̄ lo han de ha-  
zer, con q̄ los dichos labradores  
no cõpren, ni tomen de otros tri-  
go para panadear, so pena q̄ in-  
curran en las penas puestas cõ-  
tra los q̄ compran trigo para re-  
uender, quedando en su fuerça  
para en quanto a lo demas las  
leyes q̄ prinē el panadear. Que  
est nostra, & ab ea cõfirmate.*

In. l. 8. eiusd. tit. 25. lib. 5.

**A** N *Leuca de quibus in  
hac lege, intelligantur  
de communibus & vulga-  
ribus, & non de legalibus,  
explicatur. num. 1.*

### SUMMARIUM.

Sunt intelligendæ leucæ de  
communibus & vulgari-  
bus, non de legalibus.

**I** Bi. † *Se ayan de entender y  
entiendan de leguas comunes  
vulgares, y no de las que llamã  
legales. Hoc enim de iure est,  
vt & probatur ex. l. 4. tit. 16.  
par. 2. & ibi gloss. jornadas,  
& dixi in. l. 20. num. 3. tit.  
7. libr. 1. supra, & comunē  
dicebat Abb. in. c. nonnulli, in  
prin. nu. 6. de rescrip. & Pet.  
Greg. in syntag. iur. 4. p. libr.  
4. cap. 24. numer. 5. compu-  
tan.*



tandæque sunt leuæ & dietæ per ea loca, atque itinera per quæ frequentius solitum est itinerari, secundum Ias. l. 1. ff. si quis cautio. Felin. in. c. olim de exceptio. & ideo si ambasiator per loca nõ con-  
suetæ & longiora itineretur, nõ debet solui salarium pro circuitu, secundum Bal. l. nõ solum. ff. de excus. tut. refert Auiles. c. 54. Præt. nu. 3. ver. salario. & glo. l. 1. ff. de ijs qui eiece. vel. effud. & in. l. si desertorem. §. si ad diē. ff. de remil. Rebus. in. l. 3. ff. de verb. sign. pag. 40. & vndecim casus, vbi dietæ non considerantur, vide per Fel. in. d. c. nonnulli. nu. 30. de rescrip.

In. l. 14. tit. 15. lib. 6.

**D**atur forma in hac lege alguazelis prouidentibus fortalitia & gentes bellicas. num. 1.

S V M M A R I V M.

Ordinem quem debent seruare alguazeli missi à prouidentibus fortalitia, & gentes bellicas, describit lex nostra.

**I**Bi. + Lleuē raçon firmada del proueedor, y signada del escri

uano de los bastimentos que se huieren de sacar de cada pueblo. Iustissima lex si obseruaretur, & dico obseruaretur si ob non obseruatam acriter punirentur alguazeli eam frangentes, sed vereor per eos obseruari, & per superiores castigari transgressores, & est fortassis, quod non iubetur, quod in quolibet loco dicti alguazeli relinquunt transumptum signatum ordinis, quem portant, & insuper relinquunt testimonium coram iudice loci & tabelione, & testibus, de rebus omnibus quas abstrahunt à loco illo, aliter mille fraudes technæ, ac cautelæ per eos fiunt, quæ postea verificari non possunt, vt in propositum inquit Castillo in sua politica, De Corregidores. libr. 4. cap. 1. numer. 28. vbi numer. 25. id de prouisionibus victualium consulit correctoribus in suis prouintijs, vbi gens bellica tenenda est, & timenda, vt abundantia eorum habeatur.

In. l. 6. tit. 13. eod. lib. 6.

**N**on indiget sumario. n. 1.

I 3. S V M-

## Commentaria ad leges

### S V M M A R I V M.

1. **N**ovus ordo, & nouaque forma datur in hac lege in perquirendis argenti & auri, & aliorum metallorum minis, & in earum labore & beneficio, quæ cum longe procedatur in horum expeditione, artificibus & magistris harum artium relinquenda est harum legum expositio, & casus contingens.

In l. 57. tit. 18. eod. lib. 6.

1. **Q**uomodo sit faciendum registrum animalium in Februarii mense, bene intelligitur. nu. 1. & interpretatur. l. 13. tit. 18. eod. lib. num. 2.

### S V M M A R I V M.

Pulli equini, & muli existentes intra duodecim leucas portuum registrandi sunt in toto mense Februarii, anni proximi sequentis postquam nati sunt.

1. **I**bi. *Del año proximo siguiente.* Notanda sunt hæc verba, non enim dicunt, quod in mense Februarii post annum à natiuitate horum ani-

malium fiat registrum, sed tamen quod in toto mense Februarii anni sequentis, post natiuitatem registratur, ita ut hoc modo etiam finati sint in fine anni debet fieri registrum in Februario anni proximi sequentis: sed si non fiat, quæ nam erit poena, & crederem poenam. l. 13. tit. huius. 18. & libr. 6. esse imponendam, cum lex nostra se referat ad illam: omnia enim contenta in supplicatione censentur contineri in responsione, ut pluries dictum est, & in supplicatione huius legis positæ in curijs *De Madrid*, inceptis anno. 1579. & finitis ann. 1582. petitione. 79. dictum est & relatū quod per. d. l. 13. in distinctè iuebatur registrari, *Los muletos, y muletas*, absque temporis præfinitione existentes intra duodecim leucas, & ex hoc mille molestiæ fiebant per iudices *De sacas y aduanas*, eo quod statim quod nascebant hæc bestiae habebantur pro non registratis & condenabantur earum domini in poenis dictæ. l. 13. ex quo supplica-

plicatum fuit, vt præfiniretur tempus anni ad registrandum, & ad hanc supplicationem lex nostra fuit prouisa: manifestè ex hoc colligitur, quod si lex nostra non fuerit seruata incurratur pœna dictæ. l. 13. nam referens inest in relato cum omnibus qualitatibus & conditionibus, inest trita regula. l. affe toto. ff. de. hæred. instit. & in similibus iuribus: & ideo, vt & iam dictum habeo, leges Regiæ delumptæ, ex capitulis curiarum & ex pragmaticis in earum Recopilatione continere debent, finem ob quem factæ sunt, faciendo mentionem inferendo causam conditionis eius, sic enim multis dubitandi rationem & occasionem tolleretur.

In. l. 58. tit. 18. & lib. 6.

*Quia breuis est non indiget summario. nu. 1.*

**SUMMARIUM.**

Nummos extractos per terram à ciuitate Hispalensi non est necesse registrari.

**Bi. No embarganse la orden.**  
**Qui**quidem ordo & forma registrandi hos nummos extractos à dicta ciuitate Hispalensi erant data per quandam schedulam Regiam, vt apparet ex supplicatione Regi porrecta per procuratores Curiarum Madridi factarum, anno. 1586. petitione. 6.

In. l. 5. tit. 19. lib. 9.

**N**on ponitur pœna contra ambulantes in carrocijs, vel curribus, vel in earum suburbia, nisi cum equis quatuor proprijs in quo ibet currum, vel carrocio. n. 1. & in. 2. insinatur origo curriorum & an habeat locum en los carrocoches. num. 3.

**SUMMARIUM.**

Nullus per ciuitatem villam, vel loca ambulet in carrocijs, vel curribus, vel in earum suburbia, vel circum quinque leucas, nisi cum equis quatuor proprijs in quolibet currum, vel carrocio, sub nostri tex. pœna.

**Bi. En coches, ni carroças.**  
**Hoc** genus vehiculorū ab

## Commentaria ad leges

antiquissimis tēporibus cognitum fuit : nam Regum 3. cap. 10. in fin. dicitur congregauitque Salomon currus & equites, + & facti sunt ei mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum : & eodem Regum. c. 4. in fin. etiam dicitur, quod habuit Salomon quadraginta millia p̄sepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium : quod & refertur. c. 9. in fin. Paralipom. 2. ibi. habuit quoque Salamō quadraginta millia equorū instabulis, & curruum equitumque duodecim millia, & in nostro iure habemus optimum text. de ijs curribus fatientem mentionem in. l. nemo iudicum. C. de spectacul. libr. 11. quem in hoc singularizat Montolonius in suo promptuario iuris. ver. currus. vides igitur à quot temporibus utebatur vsu horum currium & carrociarum, hæc tunc soli Regi & magnatibus deberent permitti, omnibus autem alijs indifferenter prohiberi, nā quilibet & quælibet vult formā nostræ legis seruare, etiam

si non habeant vnde hæc & se & suos sustentari possent. Tanta est enim hodie vanitas mundanorum, nouissimèque legis nostræ, ex pragmática Madriti facta ultimo die mensis Decembris, anni. 1593. publicata ibidē in principio anni. 1594. extensa est & intellecta, vt eius prohibitio + & pœna procedat, *en los carricoches*, in hunc modum. *T porque en fraude de lo por el* (scilicet per capitulum nostrum curiarum Madriti, anno. 1578.) *proveydo se han introducido los que llaman carricoches con dos cauallos, mulas, o machos, y con quatro ruedas, las dos pequeñas debaxo de la caja, y otras grandes fuera, y otros algunos con tres ruedas, una debaxo de la caja, y dos de fuera, queriendo ouiar a lo susodicho, y que lo proveydo por el dicho capitulo se guarde, cumpla y execute, sin que en la execucion y cumplimiento dello pueda auer fraude alguno por esta nuestra carta, que queremos que aya fuerça de ley, como si fuera hecha y promulgada en Cortes. Mandamos, que lo por el dicho capitulo proveydo,*

do, y las penas en el contenidas, ansí en no poderse traer los coches con menos de quatro cauallos, como en todo lo demas que en el se refiere, sea y se entienda, y estienda a todos los dichos carricoches, y carros largos, y otros qualesquiera, y se executen irremissiblemente en las personas y bienes de los q̄ los traieren. Lo qual mandamos guardar, y cumplays, y executeys, y hagays guardar, cūplir y executar, si y segun de suso se contiene y declara: y contra el tenor y forma dello no vays, ni passeys, ni consintays yr ni pasar en manera alguna: y para que lo susodicho venga a noticia de todos, y ninguno pueda pretender ignorancia. Mandamos, que esta nuestra carta sea pregonada publicamente en esta nuestra Corte: y los unos, ni los otros no fagades ende al, so pena de la nuestra merced, y de nouenta mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid, postrero dia del mes de Diziembre de mil y quinientos y noueta y tres años. In cuius legis propositum aduerte, quod pœna in fine huius pragmaticæ apposita appo-

nituriudicibus non exequentibus eam, nam pœna cōtrauenientium eius dispositioni, eadem disponitur hic, quod sit, quæ est illa, quæ in dict. nostra lege, de los coches, apposita est, vt ex tenore huius pragmaticæ decerpitur & colligitur.

In. l. 6. tit. 19. lib. 6.

**A**D Huius interpretationem in. l. 6. cum sequentibus. tit. 12. libr. 7. plura traduntur. num. 1.

#### S V M M A R I V M.

Nullus cuiuslibet status, conditionis & qualitatis sit, possit incedere equestris in equo, vel equa, vel alia bestia equili cum tegumento, sub nostri text. pœna, & lex hæc apposita est iterum cum declarationibus suis in. l. 6. cum seqq. tit. 12. infra lib. 7. vbi dicemus.

In. l. 22. tit. 3. libr. 7.

**Q**Via breuis & facilis est nō summatur, nec declaratur. num. 1.

I 5 S V M.

## Commentaria ad leges

### SUMMARIVM.

Officia fidelium executorū ciuitatum, ac populorum vendita per Regem particularibus personis consumantur, & penes ciuitates, ac populos remaneant soluentes ipsis particularibus pretium iustum valens tempore consumationis. Dum tamē salariū, quod ex pœnis fiscalibus dabatur eis remaneat consumptum in Regis utilitatem: & in populis, vbi hæc officia nondum vendita fuerint, non vendantur, neq; de nouo creentur.

In. l. 23. & 24. eiusdem tit. 3. & lib. 7.

**R**ectoria & officia de alferagos, possunt populi, vbi vendita sunt pro tanto petere infra terminum assignatum in hac lege. nu. 1.

### SUMMARIVM.

Reactoria populorum, & officia, de alferagos, possint populi, vbi vendita sunt petere pro tanto, secundū

quod in legibus nostris dispositum est.

**E**T Hæ duæ leges ampliativæ legis præcedētis, & ideo post eam apponuntur, & licet conuenientes appareant, melius conuenire diei posset, si non venderentur hæc officia de quibus in eis disponitur, & remanerent annalia, sicut antea erant rectoriæ hæc, & sic enim & populi dicto res essent ad subueniendas Regis, ac Regni necessitates, & propulsandos hostes, & itidem domini populorum non fierent deuities (prout fiunt) emptionibus horum officiorum, in tot, ac tantum detrimentum commune, ac publicum, & vicinorum pauperū onus & grauamen. Et ideo circa hæc Rex, & eius consiliarij multū aduertere deberent, vt finis ijs venditionibus imponatur: miserrimum enim est videre cōcilia ciuitatum, villarum, ac populorum, vbi similia officia venditionibus sunt acquisita, ibi enim iam non tractatur de bono publico, ac de conseruatione bonorum

norum populi, sed de vindicta inimicorum, ac de proprio vniuscuiusque cōmodo, & qui plura vota habet, is vincit, siuē bonum, siuē malum sit, quod desiderant fieri. Quas ob res in ijs & circa hæc officiorum horum venditio maxime est euitanda, neque vendentium conscientias securas esse iudico, cum hæc sciant & permittāt, & maioribus pretijs quam decet vendi hæc officia video, & in quaslibet personas transmitti.

In. l. 7. tit. 4. lib. 7.

**N**ON Summatur.

S V M M A R I V M.

Nouus ordo seruandus in renuntiationibus officiorum renuntiabilium in præsentī apponitur.

**D**E hac lege meminimus in curia Pisana, lib. 4. c. 2. & in l. 4. istius nostri tituli. 4. ideo hic non insisto amplius.

In. l. 8. tit. 5. lib. 7.

**N**ON Provideantur iudices ad vendendos

*terminos publicos populorum. nu. 1.*

S V M M A R I V M.

Iudices vltterius non provideantur pro vëndendis terminis publicis ciuitatum, ac populorum.

**I**Bi. *En proueer juezes que vendan las tierras con cedulas y terminos publicos y baldios que las ciudades, villas y lugares destos Reynos han tenido por propios. Cum iudices ad hæc aliquando vidissem provideri mirabar equidem, ex dictis per me, in. l. 1. num. 56. cum seqq. aliquibus. tit. 15. libr. 4. supra. sed quia à Rege & eius consilio factum videbam, tacebam, cum causam nescirem, sed re vera, contra ius erat, & sic iuste per legem nostram cessare iussum est.*

In. l. 9. tit. 5. lib. 7.

**1** *Traditur noua forma pro conseruatione politorum publicorum panis. num. 1. Et verba proœmij ponātur ad literam.*

**2** *Horrea frumentaria est idē, quod*

## Commentaria ad leges

- quod depositus & quomodo in iure intelligatur. nu. 2. Et annona militaris provincialis, municipalis, civilis sunt synonyma, & vere dicuntur annona panifica. num. 3.
- 4 Tempore famis ne pauperes pereant, aut vilis frumentum dari debet, aut de toto donationem facere. 4. Et de origine panis, fiscalis, & quomodo distrahebatur. nu. 5.
- 6 Tessera qua sit, & quomodo intelligatur in fine nostro. num. 6.
- 7 Stelate ssera & stelatura, unde dicatur. nu. 7.
- 8 Praefectus annona, & adiles cereales dicebantur indices panis provisionis tempore Romanorum. nu. 8.
- 9 Quomodo interpretetur horrea Galliana. nu. 9.
- 10 Panis gradilis, unde dicatur. nu. 10.
- 11 Ad evitandam frumenti necessitatem collecta imponitur vicinos potest. num. 11. Et in hoc casu privilegiatus non gaudet privilegio. nu. 12.
- 13 Tempore necessitatis habentes pecunias, cogi possunt eas mutuare Reipublica. num. 13.
- 14 Forma provisionis necessitatis tempore. nu. 14.
- 15 An horrea annona sine depositi sint utilia nec ne? bene discutitur. num. 15. de eadem re. numer. 16. & 17.
- 18 An taxa panis omnitempore, aut famis tantummodo Regno conveniret. numero. 18.
- 19 Disputase de los reuēdedores, y las cautelas que hazen para engañar a los q̄ compran dellos. nu. 19.

### S V M M A R I V M.

Nouus ordo, nouaque forma pro conseruatione depositorum publicorum panis in hac lege proponitur, quam commentandam latè utile esse Duxi, in sequentem modum, & quia proœmium eius apponi vidi esse necessarium, ideo sequens est.

### Proœmium.

**D**ON Felipe, &c. Al serenissimo Principe don Felipe



Felipe nuestro muy caro y muy amado hijo, y a los Infantes, Prelados, Duques, Marqueses, Condes, ricos omes, &c. Biẽ sabeis, que por nuestro mandado se han fundado positos de trigo, para la prouision y sustentamiento en tiempo de necesidad, de que ha resultado mucha utilidad y beneficio, especialmente a la gente pobre, y caminantes, en el tiempo que ay mas falta de pan, en el qual los dichos positos han proueydo y proueen a justos y moderados precios. Y auiendo entendido que ha auido excesso, y mucha desorden en la administracion de ellos, assi en no auer auido buena orden en el comprar el pan a sus tiempos, como en el distribuirlo: y que en muchos lugares se ha cõseruado en aprouechamiento de los particulares, principalmente de los officiales, tomandolo prestado, y dando lo a sus deudos y amigos, y metiendo en ellos el pan de su cosecha. Y otro que compra para venderlo en pan cozido, por de los dichos positos, al precio que mas caro sale, lo que verdaderamente se compra para ellos

en diferentes partes y lugares: y con este fin embian a comprar pan para los positos, a donde mas caro les salga, que demas del gran daño que resulta a los pobres y gente necesitada, para quien principalmente se hizieron los dichos positos, por esta via se contrauene a la premativa, en que por nos esta prohibido vender pan cozido, y usar de semejante trato y granjeria a los que no lo tienen por trato y officio, y conuerten en sus aprouechamientos particulares el dinero de los dichos positos, y lo que con licencia nuestra se toma a censo para comprar pan para ellos. Y por importar tanto al bien y beneficio publico de estos Reynos subditos y naturales dellos, que de estos positos se use bien, y se conseruen y aumenten, auiendose por nuestro mandado platicado en ello, por los del nuestro Consejo, y cõ nos consultado, ha parecido, que deuamos proueer y mandar, como por la presente nuestra carta y prouision, que queremos ay a fuerça de ley premativa, proueemos y mandamos lo siguiente.

SEQVI.

Commentaria ad leges

SEQVITVR DECLARANDA

pragmatica, sobre la conseruacion y aumento de los positos, y distribucion del pan de ellos, quæ est. l. 9. titul. 5. libr. 7.

Recopilatio.

**I**N Cuius quidem declarationem, quia eius proœmiũ non est traductum in hac recopilatione, prout traduci deberet, tanquã ratio finalis & causa concedendi hanc pragmaticam sanctionem, & vt etiam proœmium cõmento nostro deseruiat illud inferre in præsentilibuit, & illud aliquibus glossis cõmentare, & eius tenor iam insertus est, & eius verba recitata, & incipit commentum.

**2** Ibi, † in Proœmio. *Se han fundado depositos de trigo.* Latine horrea frumentaria, vel annonæ frumentariæ appellantur de quibus fit mētio, in tit. de condit. in pub. horre. libr. 10. & in tit. de erog. milit. an. & in tit. de frumēt. Constanti. & in tit. de frum. Alexan. & in tit. ad leg. Iul. de anno. 500. libr. 10. & in alijs pluribus locis. Romæ enim erant plura horrea, in quibus

non tantum frumentum sed gemmæ, aurum, & argētum, aliaque pretiosissima homines reponebant. Præsertim qui hæc apud se tuta non esse timebāt, vt in. l. 3. §. effr. cturæ. ff. de offi. præfect. Vigil. l. pig. 8. C. de pig. action. & ex tit. de ergo. mili. anno. libr. 10. etiã apparet. Sicq; fuerunt ferè olim in singulis ciuitatib⁹ Romani Imperij, vt apparet ex. l. fi. & ibi. Bude. de mune. & ex Volph. Lazi. libr. 2. Reipub. Roma. c. fi. quæ post hæc scripta vidi relatum per Castillo in politic. *de gouernos*, in lib. 3. c. 3. n. 3. vbi in illo. c. plura circa hæc panis deposita scribit. Præfectus vel curator frumenti, venditor, menfor, distributor, sub præfecto annonæ, notarius, adiectus tritico, Parochus qui præbebat annonam, vtq; ait Horatius sermon. 1. & Parochi, qui dabant ligna, saleque, quos Perphi-

Porphirio Copiarios dictos ait, & tamē eo nomine Cicero vsus in. 13. ad Atti. episto. Artobarzani filius venit, vult opinor Regnū aliquod à Cēsare emi. Omnino enim Sestius noster parochijs publicis occupauit, quod quidē facile patior: verūtamen inuito eum per literas, vt apud me diuerfetur. Erat cū parocho, & opinator, qui exigebat annonā. l. nisi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. l. opinatoribus. C. de erog. milit. an. lib. 11. & Dardanus, & Thesserarius. Annona enim dicitur, omnis annus fructus, qui ad victum pertinet, quare ad frumentū & panē quoq; diariū coctū extēditur. l. 1. C. de frum. ad vinū, & vrb. cōst. & alia edulia. l. 1. & l. iubem<sup>9</sup>. 1. C. de erog. mil. ann. li. 12. & pēsiones. l. 1. & 10. C. de ann. civil. lib. 11. Salariū victus causa datum, vt in auth. vt iudices sine quo. suffra. §. igitur. collatione. 2. & paleā & fænū, vt in. l. 2. & in. l. prouintiarum. C. de erog. milit. ann. lib. 12. & ad ligna. vt per gl. in. l. septem dieb<sup>9</sup> eod. tit. Fulgo. cons. 15. istud nomē.

3 Eratq; annona olim militaris, prouincialis, municipalis, civilis, sub qua civili etiā panifica, vt in auth. de nō alien. rebus Ecce. §. hęc ergo. inde & panis civilis. l. fi. §. his illud. C. de secund. nup. & l. fi. §. fi. C. de iure dot. Annonę enim istę civiles liberalitatis gratia, vt plerunque à principibus populo, vt congiaria donabantur, vel certis quibusdam personis, vt per Altia. libr. 8 Parerg. iuris. cap. 5. & sic plurium rerum annonę & horrea apud Romanos adderant, de quibus in nostra Hispania solum frumentaria reperimus esse horrea, quę positos vocat hic Legislator, abbreviato nomine depositos, quasi ibi deponantur frumenta pro ciuium & aliorum sustentatione.

4 Ibi. *En tiempo de necesidad.* Ob quam medendam præcipua Romanorum cura fuit, né plebs fame laboraret, cui etiam ad eam, sibi conciliandam frumentum, quandoque etiam vilius dederunt, atque etiam donarunt. Populus enim famelicus nulli obediret, & inquietus esset

esset, vt inquit Castillo, vbi supra. num. 1. 2. & 3. Et sic annonæ potissimum hæc functio æstimari debet, tempore famis & sterilitatis, vt obuiam eatur diuitum tyrānidi: nam vt ait Theodosius Gothorum Rex teste Casiodor. libr. 4. var. Epil. 5. Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacisci, quando fames solettotum cōtemnere, vt suam necessitatem possit expellere: nam cum ambitioni suæ seruiat, propemodū donare videtur, qui vendit rogatus, ad saturatos ire cū mercibus certamen est. Instituit Augustus, nè plebs deuocaretur à negotijs, frumentationis causa, ter in anno quaternorum mensium tesseræ dari. Sueton. in Augustō: Erat autem tessera signum *Aneum* in quo nomen accipientis, & graui accipiendi quantitas continebatur, & sic Isidorus in libr. orig. vlt. c. 14. inquit: tesseræ sunt quibus frumentorum numerus designatur. Atque Archadius & Honorius statuerūt + panem fiscalem, atque Hostiensem vno num-

mo distrahi, imposita pœna etiam illis, qui pro maiori pretio supplicari ausi fuissent, in. l. vni. de pretio pan. Hostien. lib. 14. C. Theodos. tit. 18. & vt panis pro necessitate adimplenda cōseruaretur in militari annona fiebat distributio per tesseras, secundum + præscriptum numerū dierum, bucellati, panis, vini, aceti, lardi, veruecinę carnis, in. l. 1. C. de erog. milit. anno. li. 12. Cum tessera enim poterat quis annona tutē petere, & cum ea annonā habere videbatur. l. mortuo boue. l. 50. §. 1. de leg. 2. l. 2. C. de fru. Ale. lib. n. aliquādo ex priuilegio, septem dierum spacio, quędā aliæ species dabantur pro reb<sup>9</sup> quotidianis, & loco tessere, cōmunis, dabatur stella-tessera, & illa distributio dicebatur stellatura. + De quibus meminit Decia. de delict. 2. tom. lib. 7. c. 22. de fraudan. anno. nu. 29. in quas species alię dabātur, & constitutum, nè in stellactura fraus militib<sup>9</sup> fieret, neq; res illis maiori pretio æstimarentur, quā vendi possent in foro publico. l. septem diebus. C. de erog. milit. anno.

anno. lib. 12. l. speciebus. C. de cohortal. lib. 11. & illa estimatio ad æratio dicta, & annonæ ærariæ, Alexand. Cæsar annonam militum diligenter inspexit, Tribunos, quidem stellaturis militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit Lampridi, in Alexand. & Pescennius Imperator, Tribunos duos quos constituit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. Ecce ergo quanta fuit apud Romanos cura ac diligentia, ne plebs fame laboraret, militarisq; annona cõseruaretur, & militibus prouideretur, neq; illis fraus fieret. Patet etiã antiquitas annonarum, præsertim frumetariarum, quã antiquitatem, ex Genes. desumi. c. 41. refert nouissimè Castillo. d. c. 3. Politic. lib. 3. nu. 27. ubi & inquit: quis primus horrea instituit. Primumq; frumentum populo assibus in modicum elargitum fuisse, Mannium Marciũ edilẽ plebis asserit Plin. lib. 8. cap. 3. & refert Tyber. Decian. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 22. defraudan. anno. 8. cum sequẽ. idem alij quã-

doque fecerunt. C. vero Græchus Tribunus plebis, legem tulit, vt semisse, & triente frumentum populo daretur, vt author est Florus, post eum. M. Cato. ad diminuendam. C. Iulij Cæsaris potentiam. 1250. talenta ad diuidendum plebi menstruum frumentum quotannis impendi, suavit, vt per Plutarchum in. C. Cæsar, demum. P. Clodius Tribunus plebis. auctore Asconium, legem annonariam tulit, vt frumentum populo, quoad ante semisse æris, ac triente, in singulos modios diuidebatur gratis daretur, fuerunt viginti & trecenta millia hominum, qui hoc frumentum acceperunt, quem numerum, C. Iul. Cæsar ad. 150. millia retraxit, vt per Trãquil. c. 41. & Dion. lib. 43. postmodum capta Africa iussit. 20. myriades Medimnorum Atticorum frumeti, id est. 200. millia ad alendum populum Romanum aduehi, & olei librarum myriades. 300. id est trities cetera millia, vt author est Plutarch. duosq; Pretores, & totidem ædiles Cereales à Cerere

K nun-

## Commentaria ad leges

nuncupatos instituit, vt post hæc refert Castillo, vbi supra, dict. c. 3. lib. 3. nu. 3. de lu Politica, qui hoc frumentum Romam aduehendi, & populo distribuendi curam haberent. l. 2. §. capta. deinde Sardinia. ff. de orig. iur. Augustus vero, & ipse rerum potitus, vnū ex ordine equestri annonæ præfectum elegit, cum enim rei frumentariæ penuria plebs præmeretur anno ab vrbe condita 732. illi cum fascibus. 24. occurrens dictaturam annonæque præfecturam obtulit, qui illa reiecta hanc accepit, ex Agyptoq; ducētis centena millia modiorū frumenti Romam aduehi curauit, & vt refert Sextus Aurelius, esse possunt fermē decies ducenta quinquaginta millia sacorum frumenti: est enim modius quantum octo diebus ad vnus hominis victum sufficit, & pectat libras. 18. alij dicunt 20. Medimnum est lib. 120. secundum alios. 1108. Suid. in verbo. *Μεσιμνος*. Res famin; Balemon, de ponderi; Bude. §. de asse. Duos etiam

viros Prætorios creauit, qui prout vsus exigebat, hoc frumentum inter plebem, gratuito, aut admodum vili pretio distribuere. Nam vt ait Tranquillus in Augusto, capit. 40. & 41. frumentum in annonæ difficultatibus sepe leuissimo, interdum nullo pretio viri tamen aduersum est, horreaque Galuæ. vt præcipua inter plura alia nominantur, tam in descriptione vrbis ante notitiam, quam à P. Victore in tertia regione. Sed ipse legit horrea Galuiana quemadmodum, & in hoc monumento antiquo scriptum reperitur. N V M. D O M. A V G. S A C R V M fortunæ conseruatrici horreorum Galuianorum. M. Lorinus Fortunatus Magister. S. P. D D. id est sua pecunia dedicauit. Dominus Augustus Theodosio Iuniori, & Valentiniano. 3. velut habet inscriptio, numini dominorum Augustorum dicatum est hoc simulacrum fortunæ conseruatricis, quæ horrea conseruare opinabantur. Galuio vnus fuit ex  
Duci-

Ducibus Valentiniiani cōtra Bonifacium Africæ tyrannum missus circa annū. 429 vt author est dict. Prosper. à quo Galuiana horrea, quæ forte ille annonæ impleuerat aut ad hunc vsum Reip. tradiderat sunt appellata, & ita putatur legendum, vt est apud Victorem, Galuana vero à Galua Principe, vel alia ex ea familia deriuantur, sed aliqua anterioribus temporibus mentio fieret. Magister autem de quo in supra dicto Epigrammate fuit Regionis. 13. cum enim Augustus in Regiones, vicosq; vrbe diuisisset, his ex plebe viros præfecit, quos magistros appellauit, vt ait Tranquillus in Augusto, cap. 30. Alius vero hic horrea Galuiana interpretatur, in quibus frumentū populo dandū cōdebatur, quorum vt facta tecta essent, hic curator percipiebat, nam de operum & ædificiorū curatoribus agebatur, alius vero hic, & omnibus horreis frumētarijs, Comes horreorū dictus, vt in. l. vni. C. de pistori præerat, qui grana illa seruari panēq;

plebi, & militibus distribuendum confici prouidebat, de quo, & pragmatica, ac Regia lex nostra disponit etiam, vt ex eius capitulis videbis, & cum frumentum de quo supra actum est, ab Augusto præstitum, præstari desisset, Nerua fermè quingentibus millibus aureorū agrū emit vnde pauperes alerentur, vt author est Dion. Mox: Trajanus quinq; millia impuberum ex publico aluit, Plinius in Panegorico, quem numerum & Adrianus, & Antonius auxerunt, vt Capitolinus memorat, & alimēta vsq; ad. 18. annos puris dederūt, l. Mella. §. i. ff. de alimen. & cib. leg. q. & ipsum primū à cōmodo per annos nouē intermissū, à Pertinace sublātū fuit, Capitolinus in Pertinace, alimētaria, inquit, cōpēdia, quæ nouē annorū ex instituto Trajani debebantur, obdurata verecūdia sublulit, sed enim Seuerus Imperator vt in Heliogabalo author est Lampridius moriēs. 7. ann. in Canonem Romæ reliquit, ita vt quotidiana. 75. millia dipondiorum expēdi, K 2 possent,

## Commentaria ad leges

possent, & ex.l. 2. C. de annon. ciuil. lib. 11. centum viginti quinque modios frumenti præter solitum Canonem per singulos dies de præsentibus, sexta indictione, ex die Kalend. Ianuarij nomine Parapenteumatis de horreis publicis huius alme vrbis infitaneæ pietatis liberalitate tribuimus: itaque dederunt postea operam posteriores Principes, ut frumentum pecunia publica comparatum in vrbe abundare, panes & ipsi inter plebem diuiserunt, quibus Aurelianus, inquit Vopiscus, vnciam addidit, frumentum enim ex Africa vehabatur. l. 3. C. Theodosia. Decano. frum. vrbis Romæ ac ducenta millia modiorum purgatritici, leuiore pretio pistoribus vendabantur, ut plebs vilis emeret. l. 1. d. C. Theodosia. & dicti tituli, sed cum panis sordidus duarum vnciarum & semis pondus non excederet, eum mundum, & sex vnciarum Valentinianus, & valens fieri præceperunt, & nullo pretio inter pauperes distribui, quorum nomina æneo titulo, seu tabulæ, cum

modo panis, quem accipiebant, inscribebantur. Valentinianus. A. gradilis, inquit in. l. ciues. C. Theodosi. de anno. ciuil. & pã. gradil. titulus fingendus est æneus, in quem & panis modus & percipientis nomen debet incidere, hunc titulum quandoque æream tabulam appellat in d. l. ciues. Panis vero vocabatur ciuilis, quia inter ciues diuidebatur, & gradilis, quoniam à Præfeto annonæ in alio tribunali ad quod per gradus ascendebatur distribui consueuerat, neque enim ex pristino, aut aliunde sumi poterat. l. 2. C. Theodosia. eodem titulo cum titulis sequentibus. hunc creditur esse panem, qui vno numero, id est, sextertio Archadio Imperante veniebat. l. 1. C. Theodosia. de pretio pan. Honstiens. porro Romæ pecunia à diuitibus ad emendum triticum conferebatur quemadmodum & Constantinopol. l. 1. C. Theodos. C. de frum. vrb. constan. vbi ducenta millia modiorum empti, pistoribus leuiori pretio vendebantur, ut & ipsi vili plebi panem distraherent, ut in.

l. 1.



l. 1. de frumen. vrb. Rom. C. Theodos. ex pretio que venditi frumēti, pecunia in aliud cōparandū conuertebatur. l. vltima. §. ijdem rescripserūt. §. ff. de administ. rer. ad ciui. pertin. l. 2 §. 5. & §. qui annonam. §. ff. de mune. & honor. l. 2. §. ad frumenti. ff. de administ. rer. ad ciuitat. pertin. Hæc omnia & panē gradilem \*inter plebem diuidi, <sup>io</sup>annonæ præfectus curabat, vt apparebat ex. l. 3. & 6. C. Theodosi. de annon. ciuil. & sic Casiodo. in. 6. in frēmula præfecti annon. Tui (inquit) studij est: vt sacratissimæ vrbi præparetur annona, vbiq; redūdet panis copia, & tam magis populus, tanquā vna mensa facietur, per officinas pistorum, cibosque discurrens, pensum & mūdiciem panis exigis nec vile iudicas esse, vndete Roma possit laudare: & addit, Carpentum præfecti vrbi mixta glorificatione conscendis: tu illi in spectaculis coniunctissimus inueniris, vt plebs, quam industria tua faciat in suā reuerentiam te honoratum esse cognoscat: nam si querela panis, vt

assolet, concitetur, tu promissor vbertatis seditiones ciuitas momentanea satisfactione dissoluis: et subdit: Agētes res pistorum per diuersas mūdi partes annonę præfecto subiectas esse, vt suarias, & mox, tribunal, ait, tuū non est inter minimas dignitates, quando & Romana gratia frueris, & prouintijs iura transmittis: triticeas quidem copias præfectura prætoriana procurat, sed nō minor laus est dispensationem probabilem facere, quā frumēta colligere: sic Ceres frumenta dicitur, inuenisse. Pan primus conspersas fruges coxisse perhibetur, vnde & nomina eius panis est appellatus, ita & illa prædicata est, quæ reperijt, & iste laudatus, qui decenter edenda humanis vsibus applicauit, panis pondera æquus examinatore intende: hæc ille. Cum vero Romæ conficiendo, coquendo pane pistorum nō sufficerent, singulo quinquennio ex Africa noui pistorum Romā mittebantur, qui hoc officiū ibi exercerent. l. secundū. C. Theodo. de pistori.

## Commentaria ad leges

scholis & militib<sup>9</sup> ipse præfe-  
 ctus vrbi officialiū manu pa-  
 nem distribuebat. l. 8. & seq.  
 C. Theodosi. de anno. ciuil.  
 & pan. Gradil. Vides igitur  
 quāta diligentia, cura, & soli-  
 citudine Romani frumento  
 urbē & alia loca & populos  
 providebāt, & qua forma &  
 ordine distribuebant, à quot  
 annis horrea publica frumē-  
 ti & aliarū rerū cōdita fuere  
 vsq; ad hodierna tempora li-  
 cet temporibus inter medijs  
 aliquando defecerint, hæc vt  
 necessitatis tēpore frumēta  
 & alia necessaria nō defice-  
 11 rent caritiq; cōsuleretur, †  
 & occurreretur, ob quā eui-  
 tāda collecta imponi potest: 13  
 nam si publica annona, quæ  
 vel ex publicis prædijs perci-  
 pitur, vel ex pecunia publica  
 cōparatur, vt in. l. 1. §. secūdo  
 & seq. ff. de adminif. rer. ad ci-  
 ui. pertin. haberi nō pōt, quia  
 12 Resp. \* prædia non babeat,  
 neq; erariū, & vrgeat in edia  
 fiet collecta, à qua nemo quā-  
 tūcunq; priuilegiatus excusa-  
 tur, quo minus secundū ratā  
 patrimonij cōferre teneatur.  
 l. 1. C. vt nemi. lic. se excus.  
 in empt. Spe. lib. ii. Frā. Mar.

decis. Delphi. 542. n. 1. cum  
 seqq. vbi hoc onus dicit esse  
 patrimoniale, & q̄ sic diuites  
 nō excusātur, interest enim  
 Reip. nē pauperes fame mo-  
 riantur, quia sine pauperibus  
 nō est ciuitas perfecta. l. 2. ff.  
 de nundin. silēt enim priuile-  
 gia, nec loqui debent tēpore  
 famis, & guerre. l. pro tyroni-  
 bus. C. de priuil. domus Au-  
 gus. lib. ii. nā secundū Cicer.  
 offic. lib. 2. nō est dubiū prop-  
 ter ærari tenuitatem tributū  
 esse cōferendū, vt oēs intelli-  
 gant pro salute Reip. necessi-  
 tati parendū, imo illud vti ve-  
 rissimū quotidie videm<sup>9</sup> fie-  
 ri, scilicet quod tempore ne-  
 cessitatis\* habētes pecunias  
 cogi possūt eas mutuare Rei  
 pub. nō sub vsuris vt pleriq;  
 faciūt, quia omni iure sunt  
 prohibitæ, sed gratis & resti-  
 tutionem spectare tenentur  
 donec fiat collecta, ex qua si-  
 bi possit satisfieri, secundum  
 Guillel. de Cug. in. l. neminē.  
 C. de sacros. Eccl. argu. tex.  
 in. l. 1. C. de omn. ag. desert.  
 lib. ii. vbi expresse Platea. &  
 Messia, in prag. tassæ pan. cō-  
 clus. 1. num. 58. & sequen-  
 tib. retuli hæc & alia in. l. 1.  
 tit. 25.

tit. 25. nu. 21. cum sequent.  
lib. 5. Recopila. Sed si ciuitas  
nollit collectam impone-  
re, vt quia cognoscat apud  
ciues locupletes esse sufficiē-  
tem annonæ quantitatem,  
quem vendere differant, vel  
cariori pretio, quàm par sit  
distrahere contendant, hic  
14 erit ordo adhibendus. †Pri-  
mo prouidendū erit, vt qui-  
libet secundum ratam facul-  
tatum, & Bladorum Recol-  
lectorum singulo die mittat  
in plateam ad vendendum  
certam annonæ mensuram.  
l. 1. C. vt nem. lice. in empt.  
Spe. se excus. lib. 11. secun-  
dum tertium intellectum, li-  
cet enim nemo cogi possit  
rem suā vendere fauore Rei  
pub. Potest, vt dixi in. d. l. 1.  
tit. 25. nu. 21. lib. 5. Recop.  
& sic inquit Salic. in. l. 1. C. de  
Episcop. aud. quod valet sta-  
tutum, quod quilibet merca-  
tor teneatur intra certū tem-  
pus præsentare præfectis an-  
nonæ tot, sextaria frumenti,  
sequitur Martin. Lauden. in  
tract. de officialibus do. vers.  
23. & non solum ciues, sed  
etiam comitatenses ad feren-  
dam annonam, & victualia

ciuitatem arctari possunt, si-  
cut cōpelluntur portare cō-  
meatum ad exercitum. l. pro  
locis. C. de anno. & tribu. lib.  
10. & tradit Melsia in. d. prag.  
tailæ pan. conclus. 1. nu. 37.  
38. & 39. & 64. minus ta-  
men grauandi sunt remotio-  
res propter expēsas, quæ ma-  
iores fiunt ratione longioris  
itineris, vt videtur in. d. l. pro  
locis, quā ibi notat Bar. pro  
comitatensibus, qui quoti-  
die grauātur deferre, paleas,  
bladum, & similia, vt minus  
gruari debeant, qui longius  
existunt & distant, & bene fa-  
cit text. in. l. 1. vbi Platea. C. de  
fundo limit. eo. lib. 11. & in.  
l. nemo. C. de anno. & tribut.  
lib. 10. viciniore ergo sunt  
primo grauādi, argum. l. qui-  
cunq; idonei, vers. illud. C.  
de omn. ag. defert. lib. 11. secū-  
dum Platea in. d. l. pro locis.  
& bene pro hoc facit tex. in.  
l. sicut fieri. C. de erog. mil.  
anno. lib. 12. & ibi notat Bar.  
quod Rustici non sunt com-  
pellēdi deferre stramina, pa-  
leas, lectos, & similia militi-  
bus hospitalibus in loco di-  
stanti vltra viginti milliaria:  
& si comitatenses non pos-

## Commentaria ad leges

sunt supplere necessitatibus civitatis: vicini etiã alterius prouintiæ possunt à superiore suo compelli portare annonam ad ciuitatem egentem, secundum Angel. in. d. l. pro locis, per tex. in. l. in nomine Dñi. C. de offi. Præfe. à fri. & quia tempore necessitatis omnia debent esse cõmunia. l. 2. §. sed si. ff. ad. l. Ro di. de iact. & saltem isto casu relaxandus esse deuetus seu prohibitio exportãdi frumẽtũ extra prouintiam, argum. l. si quis per diutinam. C. de aquæduct. lib. 11. & quod ibi notat Bart. vt autem exteri & ciuitatenses alliciantur ad portandum victualia in ciuitatem, poterunt ordinare, quod quicumque portauerit frumentum, vinum, & similia, ad urbem habeat pro suo labore duos grossos profalmata. l. 1. C. de frum. Alexan. libro. 11. item prouidebunt, quod deferentes annonam, & cætera aduictum necessaria, nullam ab incolis vim patiantur, neque pro represalijs capiãtur, neque tunc ratione delicti, vel cõtractus conueniantur, ne-

que gabellis portorijs, pedagijs vllavè impositione angarientur. l. 1. C. de nauicul. lib. 11. facit etiam. l. 1. ff. de nundi. & Papiè vigere statutum inquit Ripa de peste. tit. de remed. præseru. contra pestem. num. 194. quod venientes die Sabbathi ad mercatum non possint pro aliquo debito publico, vel privato molestari, vt habetur in statutis de regimine potestatis, titul. 14. & hæc mihi iusta videntur illud tamẽ de excusando à gabellijs, pedagijs, portorijs per Regem inductis, nullo modo fieri posset nisi existente licentia Principis, vides igitur quot & quanta inopia, necessitas ac media panis introducat, ita vt liceat patri ob famem filium vendere & pignorari, vt per Couarru. libro tertio Variar. capit. 14. numero quarto, & à numero tertio, alia huius propositi & supra dictorum refert, & Tiraquel. de retract. titul. 1. §. 26. à num. 4. vsque 28. multa scribit de necessitate famis, quæ omnia sic cõgessi, vt præmanibus habeãtur,

tur, ne deinde sit opus tot libros reuoluerē.

15 Ibi. *De que ha resultado mucha utilidad y beneficio.* \* Si hæc verba referas ad sequentia, *en el tiempo que ay mas falta de pan*, negari non potest, quin eo tempore, scilicet, famis & carestia, & inopia panis, deposita hæc atque annonæ horrea frumenti sint necessaria, & utilia, & ita iura de ijs tractantia, si bene cõsideres, loquuntur, & ex dictis in glossa præcedēte decerpes, sed quod in omni tempore & sine aliqua distinctione necessitatis & inopia, ac carestia deposita hæc ubilibet, prout hodie, habeantur, & an utilia sint, hic pendeat leges & Prophetę, quibusdam enim visum est omni in tempore esse utilia ac necessaria frumenti horrea: tum quia prouidetur pauperibus, tum etiam quia laboratoribus mutuatur ad seminandum, tum etiam quia ad alias eorum necessitates succurrēdas necessaria sunt hæc horrea frumentaria, nam dū egent datur eis pecunia directorū horreorum, vt tempo-

remessis panis pecuniã illam adimpleant pretio quo ualuerit in mercatis sequētis messis, secundum quod à l. 17. tit. ii. lib. 5. Recop. tēpus hoc est limitatum, & sic necessitati suæ succurrant, & quia inquit Castillo, in sua Politica. lib. 3. c. 3. nu. 1. & 2. de nihilo leges seruirēt in populo famelico. Alij uero sūt in cõtraria opinione, imo q̄ sint nociua dicta horrea frumentaria: tum quia successerunt, in locum reuenditorum panis, nam horrea hæc uniuersum prouintia panem colligunt, & nunquam debent perdere sed lucrari, hoc autem erat officium reuenditorum panis, quod erat maxime nociuum & sic prohibitū est per l. 18. tit. ii. lib. 5. Recop. & iam q̄ in prohibitione illius l. 5. hæc non contineantur, vt dicit Messia in tassa panis, conclusi. i. num. 53. tamen negari non potest, quin idem officium exerceāt horrea hæc quod exercebāt reuenditores. licet isti sibi appropriabant illa uero pro publica subleuāda necessitate: \* tū etiã quia laboratores

K 5 rusti-

## Commentaria ad leges

Rustici cōfisi quod ex dictis depositis sibi mutabitur panis ad seminandum. Panem ac triticum collectum statim vendunt pro supplendis excessiuis impēsis ab eo factis, quæ non facerent, si occasione hęc nō haberēt, prout cū deficiebat nō faciebant: tum quia ante tēpus vendūt panē seminātū pro habendis pecunijs ab ijs horreis, & eorū administratoribus, & post nō colligunt panem pro satisfaciendis ijs pecunijs, & consequenter vendunt boues & aratra, & omnia alia bona & pecunias illas multoties ludunt, & expendunt in nō necessarijs causis, & sic pauperes fiunt, & culturam relinquunt, vt in propositum cōsiderat Francisc. Marian. decisione Delphin. 540. nu. 2. Vltius etiam horrea hęc frumentum totius prouintię colligūt, & eo recollecto penuriam frumenti causant, & per consequens nō venditur in foro publico frumentum, prout vendendū erat, si horrea\* omne frumentum non colligerent, quod si venderetur in publico vilesceret

& viliori pretio valeret, & cū deficiat necesse est vt carius vendatur, imo & fraudibus & technis, occasio datur vt carius valeat in mercatis mēsis Septembris: tū itidē quia cum adsit pragmatica tassæ panis faciliter & ob quamlibet occasionem viliori, ac minori pretio, quam à pragmatica constituitur non inuenitur, & sic videtur quotidie labefactari culturam, & rusticos laboratores in diem pauperiores fieri, qua de causa vltra tempus necessitatis & instātis famis horrea esse odiosa aliquibus visum est, & in pluribus locis & populis nō habentur horrea hęc, sed solum in anno sterili cumulatis pecunijs à diuitibus populi siue ad censum, siue mutatis, empto frumento pro illo anno & fame illius preserua ta, deficit annona, & pecunia suis dominis soluitur, quasi cessante fame cesset & depositum ob quam sedandā erat constitutum: hęc sunt, quæ pro vna & altera parte solēt considerari, quę autem pars sit tutior & melior aliorum melius sentientium erit iudicium

cium, in re enim tam graui  
meum exigunt non est cur  
desideretur, & sic cogitandi  
locum relinquo, sicut & es-  
18 set pensandum multū, \* an  
Regno conuenirent tassam  
panis omni tempore & in  
perpetuum durare, vel solū  
fieri cum famis timetur &  
carestia, nam esse perpetuum  
plus incommodi quam cō-  
modi afferre credo, vt & vo-  
luit Nauarr. in Manual. cap.  
23. nu. 88. quem refert Ma-  
gis. Lopez in suo instruct. cō-  
sciētiae. 1. part. cap. 226. col.  
2. pagin. 559.

19 *q* lbi. *Totro, que comprã pa-  
ra vender en pancozido por de  
los dichos depositos al precio q̄  
mascaro sale.* Quod solebant  
facere alio in tempore Dar-  
danarij & panis reuendito-  
res, emētes panem, quem in  
prouintia inueniebant ea ra-  
tione vt soli postea pretio,  
quo vellent, eū vendere pos-  
sent, in quos pœna statuerat,  
aliquando enim relegaban-  
tur, interdū si & humiliores  
essent ad opus publicum dā-  
nabantur, quandoque ne-  
gotiatione priuabantur, vt.  
l.annonam. ff. de extraordi.

crim. Et qui monopolium fa-  
cit quo annona carior fiat pœ-  
na viginti aureorum punie-  
batur. l. vni. C. de monop ol.  
& qui quicquā faciunt, quo  
annona carior vendatur, &  
qui dolo impediunt quomi-  
nus ad ciuitatem deferatur.  
l. Iulia. de annona tenetur. l.  
2. ff. ad l. Iulia. de annon. &  
qui imposturā faciunt id est,  
qui publicē emunt annonā  
vel quid aliud pluris quam  
valeat, vt cæteri eodem pre-  
tio ad emendum incitentur,  
tenentur crimine stelliona-  
tus. l. 3. §. item si quis, secun-  
dum intellectum Bart. ff. de  
crimin. stellionat. & in hoc  
crimine incidunt quotidie il-  
li qui habent panem vendi-  
tum horreis publicis pretio  
quo valebit in mercatis men-  
sis Septembris, secundū dis-  
positionem dict. l. 17. tit. 11.  
lib. 5. supra nam & solēt ipsi  
vel per alias personas ab eis  
suppositas panē in illis mer-  
catis emere cariori pretio  
quam valeret, vt sic testimo-  
nio habito ipsis depositis &  
administratoribus eorū pre-  
beant panem antea ab eis vē-  
ditum, & hac de causa & ipsa depo-

deposita carius vendunt, quam venderet, si dictæ Technæ & Cautelæ non fieret, imo & si habebant isti panis quantitatem abscondunt illū in tempore illo, vt hac forma carius vendatur, nam abundantia vel penuria cuiuslibet rei pretium vilius vel carius facit, & hæc pro prohemio huius pragmaticæ sufficiant.

Caput primum.

1 **P**ecunia depositi quomodo custodiantur. nu. 1.

2 **T**hesaurarij & receptores eligendi sunt, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant. nu. 2. & in hoc casu nullus excusatur quantumcūque sit privilegiatus. nu.

3 **c**um aliquibus limitationibus. Et quibus modis tenetur custodiam facere. numer. 4.

5 **N**on possunt Thesaurarij pecunias frumenti retinere ad suos vsus, nisi per terminum à lege ista assignatur, & quomodo computetur, numer. 5.

1 **I**bi. \* que en cada lugar aya un arca de tres llaves, hic

est ordo conseruandi depositi pecunias, sine quo faciliter perditur, vbi enim non est ordo deficit substantia, secundum Bal. in. cap. 1. col. 1. qui succes. tene. in vsibus feudo. Hippol. in prac. §. secunda. num. 77. & de ordine seruanda, plura dixi in mea Curia Pisana de decuri. cap. 2. nu. 1. 2. lib. 2. ex mala enim administratione & ordine in rebus non seruato multa mala proueniant, & cito venit ad inopiam, qui nō viuunt ordinate, & ideo lex nostra in præsentī capitulo ordinē proposuit, quo mediante pecuniarum horum depositorum conseruentur, & non pereant, vel diminuatur, vt per Rip. de peste. tit. de Remed. ad cōferua. vber. num. 1. Lucas de Pen. l. 1. C. de frumen. vrb. cōstan. lib. 1. 1.

2 **I**bi. \* *Y la una llave la tēga la justicia y la otra un Regidor*, ad cōseruandam enim vbertatem prius & ante omnia idoneos susceptores, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant & custodiāt eligere procurandum est, secundum Ripam de peste. tit. de re-



de remed. ad conseru. vber.  
 num. 1. vbi. num. 2. 3. & 4. in  
 quit, quod debent tales sus-  
 ceptores esse nobiles, pruden-  
 tes, fideles, bonæ conscientiæ  
 & optimæ integritatis, ex. l.  
 1. C. de condit. in publi. hor-  
 reo lib. 10. habere etiam de-  
 bent rerum experientiam. C.  
 de nou. cod. confir. §. sed cū  
 sit necesse. Experiētia enim  
 est rerum magistra, secun-  
 dum tex. in cap. quam sit. de  
 elect. in. 6. & in clem. 1. cum  
 glo. de sent. excom. & in cap.  
 anterior. 2. quæst. 6. & glo.  
 experientia. in cap. cupien-  
 tes. eod. tit. & lib. & sic inquit  
 Philosop. natura potentem,  
 ars facilem, vsus promptum  
 reddit artificē, & cui libet ar-  
 tificio præbet experiētia nu-  
 trimentum, vt. l. legatis. §.  
 ornatricibus. delegat. 3. &  
 sic inquit Vegetius de re mi-  
 litat. libro secundo: omnes ar-  
 tes, omniaque opera quoti-  
 dianò vsu, & iugi exercita-  
 tione proficiunt, & sic Do-  
 ctor vel artifex non dicun-  
 tur effectualiter Magistri si-  
 ne practica, ex quo inquit,  
 Boheri. de disciplina Scho.  
 Sine vsu sciētia parum, vsus

autem cum sciētia multum.  
 Et Ecclesiast. 3. 4. dicitur: Vir  
 in multis expertus cogitabit  
 multa, & qui multa didicit,  
 enarrabit intellectum: qui au-  
 tem nō est expertus pauca re-  
 cognoscit. Et in cap. stote in  
 fin. 1. quæst. 1. ab expertis di-  
 citur esse requirendum con-  
 silium, & text. in auth. quib.  
 mod. natur. effici. legi. §. il-  
 lud quoq; & in auth. de iud.  
 & quia vero, probat multa  
 ex rerum experimento cog-  
 nosci: ex quo mirandum est  
 quomodo aut qua ratione  
 eliguntur in iudices tam ma-  
 iores, quā minores homines  
 inexperti, sine practica, &  
 multoties sine scientia, ex  
 quo plurimi causantur erro-  
 res, plurimæ iniustitiæ, plu-  
 raque mala proueniunt, qua  
 de causa in nostra materia  
 susceptorum annonæ publi-  
 cæ experientia desideratur:  
 imo & iuramentum esset ab  
 eis extorquendum omni do-  
 lo, & fraude remotis iniun-  
 ctam sibi sollicitudinem per-  
 acturos. l. per hanc. C. de ero-  
 ga. mili. an. lib. 12. prout & iu-  
 rant tutor & curator, vt in au-  
 thent. vt hi qui obligat. se per-  
 hi. ha-

hi habe. res mi. §. fin. Tradit  
 Bart in l. legitimus. ff. de le-  
 giti. tuto. idem facere debe-  
 re, licet non vtatur execu-  
 res testamentorum, inquit,  
 Consultus in l. de creationi-  
 bus. C. de Episcop. & Cleri.  
 & Rectores hospitalium, vt  
 in Clement. quia contingit  
 de religio. domi. iurant etiam  
 iudices, in authen. ius iurād.  
 quod præf. ab ijs in princip.  
 quod iuramentum etiam no-  
 tarij subire tenentur. c. ad au-  
 dientiam. de præscripti. sed  
 quia negligentia hominum  
 quotidie maior est, ideo simi-  
 lia iuramenta facere suscep-  
 tores hos in præsentī nostra  
 constitutione non iubetur,  
 nè periuris occasio præbea-  
 tur, & iustè, sufficit enim pœ-  
 nis nostræ legis & similium  
 negligentes & delinquentes  
 puniri.

3 Ibi. *Que para ello seran nõ  
 brados.* A quo neminem ex-  
 cusari, inquit Castillo, in Po-  
 litica de Corregidores. lib. 3.  
 cap. 3. num. 34. in medio.

Ibi. *Iustamete impedido.* Pu-  
 ta morbo, vel cõualescentia  
 morbi, vel necessaria absen-  
 tia, vel morte vxoris, aut filij

fratris, vel sororis, vel incar-  
 cerationis & similiũ iusto-  
 rum impedimentorum, cul-  
 pa enim in impedito non est  
 dabilis, ex tex. in cap. 1. de iu-  
 dic. & in cap. quia diuersita-  
 tem. de concess. præb. & ibi  
 Doctores, & Ripa, in eodẽ.  
 capit. 1. nu. 28. nam & à con-  
 tumacia excusat iustum im-  
 pedimentum. l. contumacia.  
 §. pœnam. de re iudic. & alia  
 plura iura allegata per Tyb.  
 Decian. respon. 14. nu. 16. vo-  
 lu. 3. vbi dicit ex. l. thesaurus.  
 ff. ad exhib. & .c. 1. 22. dist.  
 quod iuramẽto probatur im-  
 pedimentum, & in num. 39.  
 inquit ibi ipse Decian. quod  
 ex reliquis præcedentis mor-  
 bi dicetur quis impeditus,  
 cū facile posset in præceden-  
 tem, imo de peiorem morbũ  
 cadere. Debetq; esse iustum  
 impedimentum, vt excuset,  
 vt notat glo. in. c. 1. de ætat.  
 & qualita. quam & alias ad  
 hoc allegat Tyber. Decian.  
 respõsi. 8. nu. 186. volum. 3.  
 prout sunt illa à me supra in  
 princ. huius glos. specificata,  
 dum tamen non sint ad hoc  
 procurata, tunc enim noc-  
 erent potius, quã prodesent,  
 cum

cum ipsi susceptores per seip-  
 sos, non existente legitimo  
 impedimento, iniunctū mu-  
 nus horreorum & annonæ  
 inspicere teneantur, ex. l. 2.  
 C. de cond. impuber. hor. lib.  
 10. Sed quid si substitutus  
 hic delinquat in cōmissa sibi  
 administratione, an punie-  
 tur ipse, vel substituēs eum,  
 4 & videtur mihi dicendum,†  
 quod si cōmissarius hic sub-  
 stitutus delinquerit circa sar-  
 tatecta horreorum, tenebitur  
 cum substitutis, nā licet tuto-  
 tor vnus magni patrimonij,  
 vel aliquis alius positus in ma-  
 gna administratione excu-  
 sator si negotio preponat ali-  
 quem sufficientem factorē,  
 vt ex. l. argentum. ff. commo-  
 da. notat Bart. in dict. l. 2. C.  
 de cond. impub. horr. quem  
 ibi sequitur Iaco. Rebuf. &  
 cæteri. & Fran. Marc. decisi.  
 Delphina. 541. num. 1. &  
 facit. l. 1. C. de cond. impub.  
 horrer. lib. 10. tamen, quoad  
 prouidendum circa sartate-  
 cta, & domus reparationem  
 non excusatur si substitutus  
 non reparauerit. ex. d. l. C. de  
 cōd. impub. hor. vbi Bart. &  
 alij notant, & Fran. Mar. de-

cisi. Delph. 541. n. 1. & Rip.  
 de peste. tit. de remed. ad cō-  
 feru. vbert. nu. 13. & 14. nam  
 secundum eum. ibi. nu. 11. &  
 12. quoties susceptoris negli-  
 gentia quicquam ex publica  
 annona perierit, ad damnū  
 ipsius referendum est, maxi-  
 mē si pluuijs stilicidio caden-  
 tibus frumētum fuerit deua-  
 statum ex. d. l. 2. est enim ad-  
 ministrator in maxima culpa  
 & negligentia si domos, &  
 horrea non inspexerit, & sar-  
 tatecta reparari non fecerit,  
 in tantū, quod non erit excu-  
 sandus, etiam si idoneum fa-  
 ctorem ad custodiam dimi-  
 serit, quia sartatecta inspice-  
 re debuit per seipsum, vt ibi  
 videtur per Imperatorem, &  
 clarius per Bart. explicatur,  
 secundū vero susceptor hic  
 impeditus sustinuerit alium  
 pro nummis recondendis in  
 arca trium clauium, si sub-  
 stitutus hic communiter re-  
 putabatur diligens & ido-  
 neus excusabitur, ex text. in.  
 eum. §. final. ff. commod. &  
 in. l. 1. C. de peri. nominator.  
 libr. 10. & in. l. 1. §. quod si  
 satis. ff. de magistr. conue. fa-  
 ciuntque dicta per me. in. l.

13. num. 6. cum. 3. sequent.  
tit. 9. lib. 3. supra: & à cōtra-  
rio si idoneum & sufficientē  
substitutum nō eligerit, ipse  
substituens tenebitur, quia  
negligenter amico qui rem  
constituendam dedit, de se  
quæri debet.

5 Ibi. *No lo pueda tener en su  
poder tres dias enteros. No: ver-  
ba hæc, et præsertim negatiuā;  
& illā, no, iūctā cū verbo, pue-  
da, quæ quidem inducit im-  
potentiā, vt diximus in .l. tit.  
num. lib. 5. supr. ita vt sic per  
tres dies integros non possit  
retinere pecunias depositi  
frumentarij, & consequēter  
dies ille in quo pecuniā rece-  
pit computādus est in termi-  
no, nā licet de momento ad  
momētū terminus iuris cur-  
rat: id tñ verum est nisi aliud  
exprimatur, vt dixi in .l. 4.  
tit. 4. lib. 7. supra. nu. 6. & cū  
in præsentī per tres dies inte-  
gros nō sit retinēda pecunia,  
totus primus dies receptio-  
nis cōputabitur cū alijs duo-  
bus sequentibus diebus, & vt  
dixi in .d. l. 4. nu. 12. cōputa-  
tur dies. 24. horarum, more  
Romanorum à media nocte  
vsque ad aliam mediam no-*

ctem, maximè ad excusandā  
pœnam. & con. tex. l. diu. C.  
de suscepto. Præposit. & Ar-  
car. libr. 10.

Caput secundum.

- 1 **F** *Rumenta custodiātur in  
domibus concilij ciuitatis  
& non alijs, & rationem  
assignat. num. 1.*
- 2 *Susceptores non possunt in  
horreo annona deputato  
aliquod frumentum priua-  
tum reponere. nu. 2.*
- 3 *Pœna imponitur in hac lege  
contra œconomos & susce-  
ptores, & dominos habē-  
tes frumenta in horreo pu-  
blico, & in quibus casibus  
possunt pœnam istam vi-  
tare. num. 3.*
- 4 *Disiunctiua, O, Regidor,  
Diputado, an cōprehendat  
iudicem ordinarium, vel  
tantū Decurionem. nu. 4.  
Pro vtraque parte discuti-  
tur.*

**I** *Bi. Aya casa de panadera, a  
donde se meta el pan. Aliter  
enim si domibus priuatorū  
immitteretur, merces pro  
domo illa est tribuēda domi-  
nis*

nis harum domorum, & sic carius videretur triticum, in superq; in maiori periculo constitueretur, quā si in proprijs domibus constitutis ad custodiam frumentariam & impubliis horreis introduceretur, & sic ordo seruator, quo ordine seruato crescit patrimonium, aliter enim perditur cito, vt inquit Plate. in l. 1. C. de frumen. vrb. constā. libr. 1. vbi Iacob. Rebus. nu. 3. inquit, quod ponitur casus, quod in qualibet ciuitate reponitur frumentum commune in vna domo, vt tempore necessitatis distribuatur per homines ciuitatis, & refert Fran. Mar. decis. Delphin. 540. nu. 3. qua de causa horrea publica essent construenda, vt ibidem frumentum reponatur custodiendum.

2 In eod. c. 2. ibi. *En la qual dicha casa, y paneras della no se ha de meter otro ningun pan.* Non enim possunt susceptores annonæ publicæ in horreo tali annonæ deputato aliquod frumentum priuatum reponere. l. frumenta. C. de suscepto. prepo. & archa. lib. 10. vbi Rebu. inquit ibi esse

tex. contra rusticos, qui ponunt archas in Ecclesijs, & Io. de Platea ibid. inducit illum tex. contra Massarios, qui in terris domini intromittunt aliena animalia, quia non possunt hoc facere sine licentia domini, facit text. in l. vni. C. ne quid one. pub. impo. vbi naua prohibetur in nauis deferente publicas species imponere quicquam q̄ sic alicuius priuati, & illū text. inducit Bart. contra eos qui in dorso equi conducti superimponunt valisiam, siue malā, aut socium, vel quodlibet aliud, quia non possunt, & si equus deterior fieret, tenerentur ad damna & interesse, quod tamē ego intelligo si onus illud equo impositum esset nimis graue, ob q̄ equus deteriorādus omnino esset, secus vero aliās, & sic quotidie super imponitur dorso equi onus cōueniens, non vero excessiuum: nam ex excessiuo teneretur imponens ad damnū inde secutū, secus vero si esset conueniens & consuetum.

3 In eod. c. 2. ibi. *El dueño, o dueños dello lo ayā perdido.* Verba hæc intelligo, vel cū panis

L pri-

## Commentaria ad leges

priuatus immissus est eiusdem depositarij, ac œconomialis horrei publici, vel si est alterius personæ, est introductus cum consensu & scientia huius personæ, vel iam q̄ talis persona & dominus panis priuati est ignorans depositarius panem illum immittens est diues & sufficiens ad soluendum pretium illius panis domino eius ignoranti ibidem esse immissum, in quolibet enim horum casuum panis amittitur, sed si depositarius hic non esset sufficiens, ad illum soluendum: tunc dominus panis illius ignorans immisionem restituetur aduersus dispositionem huius nostræ legis & panem suum recuperabitur. Secundum, quod dixi in. l. 25. num. 22. & 23. tit. 18. libr. 6. supra, & tunc ignorantia præsumitur, vel saltem iuramento domini probabitur: poterit tamen probari contrarium, vt ibidem dixi num. 24. & in hoc casu cum dominus panis restituitur, depositarius non habens bona punietur aliqua pœna, vel fideiussor eius, aut no-

minatores, si neq; fideiussor est soluendo, tenebuntur soluere, æstimationem talis panis domino eius exui dictæ restitutionis reddito. Sed cui applicabitur panis hic perditis, vel eius pretium, & crederem, quod ipsi annonæ, cui præiudicium inferre procurabatur per depositarium, vel dominum panis huius priuati. Neq; obstat capitulum. 15. nostræ legis, dicens pœnas eius in quatuor partes diuidendas, cameræ, annonæ, iudici, & denuntiatori: quia loquitur in pœnis, quas incurrunt personæ illæ, quæ contraueniunt huic legi, & sic in præsentī capitulo, in ijs verbis, *Le ayan perdido*. Non habeat locum hæc distributio, sed tantum in pœna decem mille marapetinorum, & hoc videbatur dicendū prima facie: sed consideratis verbis dicti capituli. 15. omnes personas cōtra facientes respicientes, etiam in pane hoc amisso fiet hæc distributio, quæ fit in dictis decem mille marapetinis, quia amissio & panis priuatio pœna est.

In eod. cap. 2. ibi. *T el di-  
cho*

*cho depositario, o Regidor deputado.* Nota disiunctiuam illam, *O*, qua quidem significatur, vnos tantum decem mille marapetinos esse soluendos, neque teneri depositarium decem mille soluere, & rectorem alia decem mille, sed vnum decem mille per vnum ex eis est soluendum, & sic vno solvente alius liberatur: Sed contra hæc videntur facere verba sequentia, dum dicitur, *De cada diez mil maravedis*, Quasi vellit dicere per illam dictionem, *cada*, quæ dictio distributiva videtur: & sic quod ad ambos, depositariū videlicet & rectorem, referatur, & consequenter vnusquisq; eorum soluat, decem mille, sed quia hoc videtur multum repugnare naturæ illius aduersatiuæ, *O*, de cuius natura est, vt sufficiat vnā partem esse veram, & quia mitiorem pœnam debemus eligere. Crederem vna tantum decem mille deberi, & esse soluenda per depositarium, siue per rectorem, soluēs tamen poterit ab alio recuperare dimidiā mille par-

tem: quia vterq; est in culpa, cum vterq; hābeant suam claue[m], neque immitti possit panis, nisi ambobus videntibus & scribentibus in suis libris, & sic æqualis est, quoad eos culpa, panis tamen priuatus immissus in annonā, si est vnus eorum iste solus perdet illum, neq; recuperabit partem eius ab altero, & sic mihi videtur dicendum circa hæc, & sunt meæ nouę considerationes, quarum occasionem tolleret Legislator, si hæc prout posset clarius disponderet.

### Caput Tertium.

- 1 **P**er quas personas erit nominandus œconomus susceptor annonæ. n. 1. Et medicus, syndicus, & professores ciuitatis. n. 2. Et an maior pars sequenda sit. numer. 3.
- 4 Si decuriones nollunt, vel negligunt custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut iudicem ibi positum. nu. 4.
- 5 Rectores, seu decuriones tenentur œconomis, seu susceptores salariū assignare, secus erit  
L 2 si ipsi

## Commentaria ad leges

- si ipsi rectores officium in se suscipiant. numero. 5.*
- 6 *Quando aliquis tenetur dare fideiussorem non sufficit iuratoria cautio, & quomodo intelligatur. numero. 6.*
- 7 *Excusio contra susceptorem facienda est, anteaquam deueniatur ad decuriones eligentes, seu nominatores dictum œconomum. numero. 7.*
- 8 *Oeconomus nominatus, si tempore nominationis sit idoneus, & postea constituatur in paupertatem, nõ tenentur nominatores, seu decuriones. nu. 8.*
- I **I** Bi. *El depositario que assi se nombrare. Sed per quem nominandus erit depositarius, lex nostra non declarat expresse, virtualiter tu, sic, cum decurionibus ciuitatis & loci committat annonæ ad nominationem, & consequenter committere videtur officialium ipsius annonæ ad nominationem: nam propter vnumquodq; tale, & illud magis, authentic-*
- ca multo magis, C. de sacros. Eccles. & cui committitur aliquid exercendum & agendum censetur committi omne illud sine quo exerceri non potest, ex text. & eius materia, in. l. cui iurisdicção. ff. de iuris. om. iud. Item & quia nominatio officialium habentium nudam administrationem bonorum ipsius Reipublicæ, vel nudam custodiam corporum, + vt sunt syndici, medici, thesaurarij, professores, custodes annonæ, & similes ad decuriones ciuitatis spectat. l. 2. & l. nominationum. C. de decurio. libr. 10. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. Sicut & competit decurionibus electio custodum ciuitatis, & clauium, vt per Ripam in dicto tractatu de peste. titul. de remed. ad conferu. vber. numer. 184. cum sequentibus pluribus. & ad hanc nominationem, & electionem faciendam, debent adesse personæ, quæ secundum mores ciuitatis adesse solent, & cessante consuetudine, vel statuto, ser-*



secunda est forma, de qua in dict. l. nominationum. C. de decurio. libr. 10. vbi Lucas de Pen. notat, & vocandæ sunt ad sonum tubæ, vel campanæ, prout moris fuerit, vt in. l. obseruare. C. de decurio. libr. 10. & in tempore signato, vt hæc adducuntur per Auendan. capit. 19. prætor. numero. 14. per totum. Spectandaque est & sequenda maior pars nominantium, vt apparet ex dict. l. nominationū, & ex. l. quod maior. ff. ad municip. & ex alijs á nobis relatis in Curia Pisana. libr. 1. capit. Possuntque decuriones sic congregati aliquibus committere vices suas, vt ij commissarij possint nominare & eligere: quia factum ab eis, censetur factum ab omnibus decurionibus, ex text. in dict. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersit. nom. quem ad hoc allegat Bar. in. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. deleg. 2. & Deci. confi. 543. numero. 8. & Alex. conf. 232. vol. 6. Possuntque vnum de se eligere, vt. ff. de tuto. & cura-

to. l. vbi & gl. munera. in dicta. l. obseruare. & debent. que nomina eligentium & electi in albo scribi, vt. l. 1. ff. de alb. scrib. notat Auendan. dict. numer. 14. versic. item si electio est ardui negotij: vel debet dici secundum eum ibi, duas partes interuenisse, & quod maior pars consentit, de quo & diximus in dict. Curia Pisana. libr. 1. capit. 2. numero. 4. & 5. Sed quid si decuriones nollint, vel negligent custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut iudicem ibi positum, & in hoc Ripa vbi supra. numer. 202. duplici vtendum est remedio. Primo, per pœnas & multas, & captis pignoribus, poterit compellere iudex consiliarios & decuriones ad nominandum custodem annonæ, ex cap. peruenit. de immun. eccles. ver. compellatur. l. fin. in princi. & §. 1. ff. de mun. & hono. Secundo, potest iudex decurionibus præcipere, vt intra certum terminum habeant deputare custodes cum comminatione, quod elapso ter-

## Commentaria ad leges

mino deputabit, & tunc si elabatur terminus cōstito de negligentia decurionum iudex ipse poterit eligere & deputare talem annonæ custodem, ex capite, irrefragabili. de offic. ordin. facit text. in l. si eotempore. ff. de remissio. pig. & in capit. 1. & per totum de supplend. negli. prælato. Sed hanc huic custodi depositario erit præbendum salarium, & per quem Ripa, vbi supra. numer. 209. inquit quod sic: quia nemo tenetur suis stipendijs militare, & probatur ex nostro tex. in præsentī, ibi. *Vn salario moderado.* Et soluetur ex bonis ipsius annonæ, computabitur tamen in qualibet faneca frumēti salarium hoc pro rata, vt soluetur ab emptoribus frumenti, & panis cocti, ex tex. in l. si. §. inter personalia. ff. de mun. & hon. & quia iustum videtur, vt custodes ab eis mercedem recipiant pro quorum salute laborāt. c. cum secundū. de præben. & hanc opinionē approbari consuetudine testatur Rip. d. nu. 209. & apud nos quotidie seruatur, sed an ex-

cusabitur talis nominatus depositarius annonæ publicæ, & dicendum est excusari eisdē de causis, ex quib⁹ excusaretur ab alijs officijs publicis ciuitatis, vel populi, de quib⁹ dixi in rubr. tit. 14. li. 6. sup. & traditur per Anto. Thesau. in deci. Delphi. 267. & diximus etiam in l. 1. tit. 1. nu. 96. cum seqq. aliquibus. cod. lib. 6.

5 In eod. capit. 3. ibi. *Al qual el ayuntamiento le señale vn salario moderado.* Horum verborum, *al qual*, facienda est relatio, ad illud verbum depositario, in princip. huius capituli positum, cui quidem depositario moderatum salarium per concilium decurionum est pro labore, & pro periculo obligationis signandum, vt in præcedenti glos. diximus, quod ego intelligo, quoties alium, quam vnum ex rectoribus nominant Rectores in depositarium: nam si vnum ex se ipsis in depositarium eligerent, vel in deputatum annonæ nullo modo posset ei constitui salarium, nisi exiret ciuitatem pro emēdo frumento, vel pro alijs annonæ nego-

negotijs, nam tunc posset ei pro diebus itineris & absentiae constitui salarium, vt in terminis nostris inquit Messia in pragma. tassæ panis. conclu. 1. nu. 6 8. cum. 3. seqq. nimis enim graue & laboriosum esset Regem adire in singulis salarijs deputandis in ijs & similibus negotijs ciuitatis & populi.

6 In eod. c. 3. ibi. *De fianças abonadas*. Et sic cautio iuratoria non sufficeret, neque diuitem depositarium excusarem à præstatione fideiussionum sufficientium, ex dictis per glos. *Tomar*, in. l. 6. tit. 4. par. 3. & per nos in. l. fi. glos. *Sea preso*, tit. 2 1. libr. 4. supra, & in. l. 2 3. tit. 7. nu. 1 1. libr. 3. supra, & quia vbi pro forma requiritur satisfactio (prout hic per legem nostram nouam) & ex necessitate, non sufficit cautio iuratoria, vt per Crauet. consi. 3 1. num. 4. vol. 1. & Auenda. in tit. *De las excepciones*. num. 36. ver. item sequitur. & ante eos las. in l. 1. numer. 2 3. limitatio. 10. ff. qui sat. dar. cogan. & quia vt ipse ibidem in. 9. limitatione inquit, vbi aliquid est

præsentandum per alium sub satisfactioe, non sufficit iuratoria cautio, secundum Molinam de primogen. libr. 2. c. 16. num. 44. & Roland. Valle consi. 4 3. numer. 6. cum sequentibus pluribus. vol. 2.

7 In eo cap. 3. *Y si las fianças no fueren bastantes*. Ergo excusio requiritur prius quam fiat, quam ad decuriones nominantes depositarium deueniatur, sicut in tutoris & curatoris nominatoribus requiritur etiam de iure, ex text. in. l. aduersus. C. de magistr. conueniend. Sed an debeant fideiussores esse soluendo tempore solutionis, vel sufficit, vt decuriones nominantes depositarium excusentur, quod tempore nominationis, & depositarius & fideiussores sint sufficientes, & dicendum est sufficere, neque requiri, quod etiam tempore solutionis sint etiam idonei, ex text. in. l. 1. C. de peri. nomina. lib. 11. & ex text. in. l. 1. §. si magistratus ab initio. & in. l. quod ad heredem. ff. de magistr. conue. & faciunt dicta per nos in. l. 13. num. 14.

L 4 tit.

tit. 9. libr. 3. Recop. Imo si tē-  
pore nominationis non esset  
electus depositarius suffi-  
ciens, neque dati fideiusso-  
res, sed tamen essent tempo-  
re solutionis faciendæ, suf-  
ficeret, nec tenebuntur decu-  
riones, ex. d. l. 1. vbi glos. ver.  
mutilatum. C. de peri. nom.  
libr. 1. 1. & quis teneatur pro-  
bare fuisse, vel non sufficien-  
tes, vide text. in dict. §. magi-  
stratus. in ver. probatio autē.  
8 In cod. c. 3. ibi. *Esten obii-  
gados por el los que le nombra-  
ren.* Prius facta excusione  
in bonis depositarij, & fide-  
iussorum eius, vt in glos. præ-  
cedente diximus: Imo vt ibi  
diximus si tempore nomi-  
nationis essent idonei, licet  
post mutilentur non tene-  
buntur decuriones nomi-  
nantes, & ex tex. nostro col-  
ligitur, dum dicitur, *De fian-  
ças abonadas.* Dum loquitur,  
de præsentī tempore, & sic  
si tunc sint sufficientes excus-  
fabuntur, qualitas enim illa,  
*Abonadas,* debet intelligi se-  
cundum tempus præsens, &  
intelligenda est, secundum  
tempus verbi, cui adiscitur,  
ex iuris Brocardico.

Caput Quartum.

- 1 **S**usceptores tenentur con-  
ficere librū & scribere an-  
nonā susceptā & pecuniā  
frumentariam. nu. 1.
- 2 Susceptor tenetur veritatem  
scribere & non clare, &  
qua pœna puniatur con-  
trarium facientem. nu. 2.
- 3 Partitas utriusque libri te-  
nentur firmare, nō solum  
susceptores, sed decuriones  
nominatos ad hoc facien-  
dum. nu. 3.
- 4 Depositarius, seu sionomus,  
non potest pretium ponere  
in pane cocto, nec in triti-  
co, quia pertinet ad ciuita-  
te villam, seu populum.  
num. 4.
- 5 Ordo in omnibus rebus est  
seruandus & in hac lege  
interpretatur in frumen-  
ti distributione. nu. 5.
- 6 Decurionum consilium, an  
possint taxam imminus iu-  
sto pretio imponere, nu. 6.  
Forensibus, seu vicinis &  
è contra. num. 7.
- 1 **I**bi. *Que aya dos libros.* De-  
bet enim susceptores anno-  
næ susceptæ & pecuniæ fru-  
menta:

mentariæ librū cōficere, quē aliqui breues appellant, in quibus scribantur quantitates specierum & pecuniarum, vt secundum illos breues fiat distributio annonæ, vt probat text. in l. excellentia. C. de erog. mil. an. libr. 12. & text. in l. 1. C. de apoch. pub. libr. 10. & in auth. de col. in prin. nam qui tenetur reddere rationē tenetur habere & ostendere librum & partitas hinc inde datorum & receptorum, & ostendere singulos actus administrationis, & reliqua restituere, secundum Soci. consi. 24. nu. 38. vol. 1. & decisi. Genuæ. 187. nu. 2. & alibi, nos diximus, & sic tutores librum rationum conficere & pupillo reddere tenentur. l. 1. §. offic. ff. de tuto. & ratio. distrah. plura per Bae. de decima tuto. cap. 2. nu. 172. cum sequen. Sic & quilibet obligatus habitorum & gestorum rationem reddere, Codicem rationum conscribere debet. l. si quis. sub conditione rationum. ff. de stat. lib. facit. l. inter cætera. §. 1. ff. de lib. lega. aliās contra non conficien-

tem librum iurari potest in litem, secundum Bald. in. d. §. officio. & in. l. Tutor. qui repertorium in princ. per illum tex. ff. de administ. tuto. Ita enim præsumitur contra non conficientem librum, sicut contra non conficientem inuentarium, secundum Socin. consi. 46. cum in præfenti. 2. dub. lib. 1. Tenenturque itidem susceptores, cuiuslibet annonam, vel pecuniā frumentariam deferenti apocham de summa recepta facere. l. frumenta. C. de suscepto. & arcar. libr. 10. cui apochæ. præstatur plena fides contra ipsum susceptorem, adeò quod contra ipsam apocham non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. §. quoniam. C. de non num. pecun. l. 1. C. de apoch. Publi libr. 10. vbi Ant. de Baro. & Ioa. de Plat. inferunt quod si Camerarius Regis, vel ciuitatis confiteatur se debitum recepisse à debitore Regis, vel ciuitatis, illico debitor est liberatus, licet reuera non soluerit, licet in subsidium agi possit contra debito-

bito-

bitorem camerario non existente soluendo, de cuius dicti veritate videndus est Salicetus in dict. l. in contractibus. §. quoniam. vbi optime distinguit.

2 Ibi. *Afsienten el pã*. + Veritatem scribendo, & nihil celando, vt probatur ex tex. in d. l. excellentia. C. de erog. milit. an. libr. 12. & si aliquid omiserit scribere in dubium Reipublicæ tenentur, ex d. l. excellentia. vbi DD. quem text. in hoc dicit singul. Roman. sing. 355. Positus ad scribendum, vbi dicit, quod positus ad scribendum introitus communis sit deficiat in scribendo aliquem particularem, sibi manus est amputanda, in auth. de mandat. princip. §. coges. sed si scribit diminutiue, ita quod totaliter non omittat, tenetur in duplum eius, quod omisit, ex dict. l. excellentia. & cum ij non sint in præsentibus positi ad solum scribendum, sed ad plura alia eis incumbentia, ex nostræ legis dispositione, in duplum non in manus amputatione erit pœna imponenda: & tradit Ca-

stillo in l. 27. Taur. sub materiarationum reddend. in ver. quoad septimum. folio mihi. 124. colu. 3. & hanc annonæ descriptionem facere debent susceptores gratis, sine eo quod subditi aliquid pro ea scribenda præbeant, ex tex. in auth. de mandat. princip. §. deinde cõpetens. ibi, pro vbertate necessariorum iuncto. §. illud tamen. ibi, sed propter quandam occasionem.

3 Ibi. + *Y entrambos firmen las partidas en entrambos libros*. Sic enim facile fraus inueniri poterit si ambo non firmauerint partidas vtriusque libri: ita vt si hoc factum nõ sit vterque teneatur ad damnum inde secutum annonæ, & ad dupli pœnam, cum diminutè scripserint, ex dict. l. excellentia. & ille qui innocēs in effectu fuerit, id quod soluerit ab alio qui culpam habuit, ius habeat petendi, nè vnus pro alio puniatur: Ex ijsque verbis manifestè deducitur depositarium hũc huius annonæ debere scire scribere, cum sua subscriptione vtriusque libri partidas teneat-

teneatur subscribere, & con-  
sequenter, videtur posse ele-  
ctum in depositarium nesci-  
entem scribere hac de cau-  
sa se excusare ab officij hu-  
ius susceptione, sicut ex l. 2.  
tit. 17. part. 6. Tutoribus se  
excusandi causa præstatur,  
sed in practica nullo modo  
excusatur nesciens scribere  
à susceptione huius officij:  
quia licet lex nostra id requi-  
rat, satis videtur subscribere  
ille, qui per se, vel per alium  
si nesciat scribere, subscrip-  
tiones has fecerit.

4 Ibi. *No pueden dar pan nin-  
guno, ni poner precio en el.* Di-  
ctio hæc, *Ni*, in præsentia nõ  
apponitur copulatiuè, sed dis-  
iunctiuè, cum nihil horum  
depositarius possit facere,  
neque tradere panem, neque  
in pane tradito pretium ap-  
ponere, cum id concilio ciui-  
tatis de iure committatur, vt  
licet videre, ex l. 1. §. cura. ff.  
de offi. præf. vrbis. Ripa de  
pest. tit. de remed præfer. fol.  
16. nu. 1. 95. cum seqq. vbi an-  
minus, quam valeat possint  
taxare, & intellige quod re-  
ctores taxant pretia victua-  
lium accumulatiuè ad corre-

ctorem, qui potest taxare &  
reuidere taxandum ad que-  
relam vendentis, vel procu-  
ratoris populi, seu concilij,  
secundum Bal. per tex. ibi in l.  
si in aliqua. num. 5. ff. de offi.  
procons. & lega. Messia in  
pragm. pan. concl. 1. nu. 52.  
& ex nostra etiam lege depo-  
sitarius si aliquid horum fe-  
cerit, vltra damni restitutio-  
nem, arbitrariè puniri po-  
terit.

5 Ibi. *Sin orden y mandado  
del ayuntamiento.* Bonum  
enim consistit in ordine, se-  
cundum Augusti. in libr. de  
natura boni. Datq; ordo rei  
perfectionem. 7. quæst. 2. c.  
nihil. & ex malo administra-  
tionis ordine crescit frumen-  
ti carestia, secundum Bar. in  
l. 1. C. de frum. vrb. constan.  
libr. 11. & ideo priores qui  
habent arbitrium superabun-  
dantia, possunt huius nomi-  
ne ponere ordinem, qualiter  
& quo ordine in ciuitate, &  
quantum frumentum possit  
vendi qualibet die & mense,  
secundum Fran. Marc. decis.  
Delphin. 540. nu. 1. & facit  
l. 1. §. curacarnis. ff. de offi.  
præf. vrb. & quæ dicit Rip.  
in

in gloss. præceden. allegatus. Vnde quando frumentum est ordinatum pro annona, sub pane cocto, non debet solui frumentum pro annona, vel pane cocto, vt in dict. l. 1. C. de frum. vrb. consi. libr. 11. vnde inquit ibi Platea, quod prohibitus portare frumentum, extra districtum, nõ prohibetur portare panem, nisi facere in fraudẽ. l. fraud. ff. de legib. sed si prohibetur portare frumentũ, bene prohibetur portare farinam, vt per Franc. Mar. vbi supra. num. 2. & sic iure optimo lex nostra in ijs verbis ordinem & modum dandi panem & pretium constituendi frumento annonę Concilio ciuitatis relinquit: ordo enim decurionum potest constituere pretium, modum, & mensuram, & taxare omnibus rebus vendendis. l. fin. §. Episcopi. ff. de mun. & hono. & alia iura allegata in mea Curi. Pisan. de decurio. libro. 2. c. 18. num. 8. Vbi ego in additione sub literis. M. & in alia dixi, & tradit idem Franc. Mar. vbi supra. num. 42. & Grego. in syntag. iur. 3. par.

pag. 740. in fin. cum sequent. & an liceat maius pretium constituere forēsibus, quàm ciuibus, dixi in dict. cap. 18. Curia Pisanæ. nu. 17. & per Tyber. Decian. respon. 55. nu. 7. vol. 1. vbi inquit, quod per statutum posset fieri, vt plus forensibus venderetur, & de ijs etiam agit Rebuf. in 2. tom. const. Fran. tit. de hospit. conclu. 8. num. 14. Et an possit Concilium decurionũ in minus iusto pretio<sup>t</sup> taxam imponere, tradit Rip. in glo. præceden. allegatus, vbi distinguit, ex Bar in dict. §. curacarnis. & ex Abb. in cap. 1. de emptio. & vend. quod aut subest necessitas, quia est tẽpus caristia, & tunc taxare poterit etiam minus, quam valeat arbitrio suo, vt communem cum Bart. dicit Mes. in prag. pan. conclu. 1. num. 4. nam tempore caristia diuites cogi possunt, non solum vendere minus iusto pretio, sed etiam officio iudicis possunt cõpelli facere eleemosynam, secundum gloss. in. c. sicut. 47. distin. & in capit. exiguntur. 1. q. 7. Abb. in cap. 1. de cleri. egro. Imo & diuitibus



tibus reluctatibus eleemosynam facere, liceret ipsis egenis furari & derobare pro necessitate victus tantum. c. si quis propter. de furt. c. discipulos. de consecratio. distin. 1. Melsia in pragm. taxæ pan. conclusio. 1. num. 11. & 12.

7 + Aut nulla subest caristia, & tunc, aut taxare volunt decuriones triticum & victualia minus iusto pretio, & non possunt, & ita loquitur tex. in. l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad leg. Iul. de anno. Aut volunt taxare iustum pretium, & prohibere ne carius vendatur, & tunc possunt ex dict. §. cura carnis. & in dict. §. item Episcopi. hæc autem distinctio procedere potest in pretio apponendo personis vendentibus frumentum, cibaria, & alia similia in Republica, sed in pretio apponendo in expeditione frumenti publicæ annonæ, nullo in tempore apponi potest per concilium ciuitatis in minus iusto pretio, ex nostra lege & pragmatica, maximè in eius capit. 6. & sic practicari communiter videmus quo-

tide: lucrantur enim & non perdunt annonæ frumentariæ, qua propter indies magis ditescunt fortassis in pauperum detrimentum, & ideo maxima cum consideratione conciliū ciuitatis debet pretium frumenti annonæ constituere, nè annona perdat, neq; multum, sed moderatè ditescat, nè pauperibus detrimentum fiat, & nè caristia in populo constituatur, vt & inquit Melsia in pragm. taxæ pan. conclu. 6. num. 17.

### Caput Quintum.

- 1 **I**ntelliguntur verba secus pragmatica & bene. n. 1.
- 2 *Priores ciuitatis, seu decuriones possunt ordinare qualiter, quanti, & quo ordine vendi debeat frumentum. nu. 2.*
- 3 *Decuriones possunt nominare discussorem, qui provinciam visitet, discutiat & inquirat, & susceporem qui emat frumentum cum salario iusto. nu. 3.*
- 4 *Rustici non tenentur portare paleas, lectos, & similia militibus hospitatis, ultra. 20. miliaria. num. 4. cum aliquibus*

## Commentaria ad leges

quibus limitationibus. numer. 5.

6 Qualitates quas debent habere emptores frumenti. num. 6.

7 Praefectus annonae potest constituere salarium emptoribus frumenti sine licentia Regis. numer. 7. cum ampliationibus & limitationibus. num. 8.

**I** Bi. *Vn mes antes de la cosecha.* Si is verbis adderentur verba sequentia, à me considerata, scilicet, *Entendiendose que el año es estéril, y falto de pan.* Iusta esset eius dispositio, sed ijs verbis non additis pernitiosam esse credo & causatiuam caritiae panis, nam cum ante panes collectos à laboribus habeant eos venditos ad forum publicum, tempore messis, & postea nullus est, qui afferat panem, & panis penuria causet caritiam, & consequenter nullo in tempore reperitur minori pretio taxae panis, vt experientia videmus, & sic supplenda essent verba haec nostrae legis, dicto modo.

In eod. c. 5. ibi. *Acargo del*

*qual ayuntamiento.* Ipsi enim concilio (vt ex gloss. praecedente apparet) incumbit apponere non solum ordinem expediendi panem annonae, & pretium huius panis constituere, sed & omnia alia annonae publicae administratio, vt apparet ex nostra pragmática, & ex iuribus in glossis praecedentibus allegatis: nam (vt inquit Bart. in l. 1. C. de frum. urb. const. libr. 11.) priores ciuitatis possunt ordinare, qualiter, quanti, & quo ordine vendi debeat frumentum, & consequenter, quando & quomodo emi debeat pro annonae publicae prouisione, vt inquit rex. noster in ijs verbis.

3 Ibi. *Y nombrar las personas que han de yr a comprarlo.* Pro conseruanda enim annona hoc facere potest ciuitatis concilium, sicut pro conseruanda annonae vbertate possunt eius praefecti cum expediens videbitur mittere discussorē, qui prouintiam visitet, discutiat, & diligenter inquirat quantitatem annonae & singulorum capitulum morumque describat, vt sciat an

an tantum annonæ sit in  
 prouintia, quæ singulorum  
 necessitatibus sufficiat, an  
 vero vrgeat necessitas præ-  
 uidendi aduersus ingruen-  
 tem inediam, qua nihil du-  
 rius & populo perniciosius.  
 capit. 2. de obseruatio. ieiun.  
 & ubi descriptione facta co-  
 gnouerint non plus anno-  
 næ in prouintia esse, quam  
 sit necessarium vsibus pro-  
 uincialium, poterunt edi-  
 ctum proponere, nè quis extra  
 prouintiam annonam deferat,  
 sub pœna quæ eis conuenire  
 videbitur, valet enim tale edi-  
 ctum, & obseruandum est  
 pœna contrafacienti immi-  
 nente. l. si quis post. C. de  
 ædif. priua. l. cotem ferro. in  
 princip. ff. de publica. & ve-  
 ctiga. l. 1. & 2. C. quæ res ex-  
 por. non deb. vt in proposi-  
 tum inquit Rip. in tracta.  
 de peste. tit. de remed. ad con-  
 seruan. vber. nu. 40. cum duo-  
 bus sequentibus. vbi à nu. 43.  
 cum sequentibus pluribus,  
 plures in propositum edicti  
 prohibitorij annectit quæ-  
 stiones, de quibus & in hac  
 diximus pragmatica, an scili-  
 cet prohibitus frumentum

extrahere possit, extrahere  
 farinam, panem coctum, &  
 alia similia. Sed an poterunt  
 cogi comitatenses, ibi defer-  
 re frumentum, & dicendum  
 est, quod sic, sicut compellun-  
 tur portare commeatum ad  
 exercitum. l. pro locis. C. de an-  
 no. & tribu. libr. 10. minus ta-  
 men grauandi sunt remotio-  
 res propter maiores expēsas  
 ratione longioris itineris, vt  
 dicitur in. d. l. pro locis. quā  
 ibi notat Bar. pro comitaten-  
 sibus, qui quotidie grauatur  
 deferre paleas, bladum, & si-  
 milia, vt minus grauari de-  
 beant, qui longius distant, &  
 bene facit tex. in. l. 1. vbi Plat.  
 C. de fund. limitro. lib. 11. & in  
 C. de anno. & trib. libr. 10. l. ne-  
 mo viciniore ergo sunt pri-  
 mo grauandi: argumēto. l. qui-  
 cunq; idoneum. ver. illud. C.  
 de omni agr. deserto. lib. 11.  
 secundū Plat. in. d. l. pro locis.  
 & bene pro hoc facit text. in  
 l. sicut fieri. C. de eroga. milit.  
 anno. libr. 12. & si propinqui  
 passibus viginti millibus pos-  
 sunt sufficienter prouidere  
 de annona necessaria, non  
 sunt remotiores vllō pacto  
 vexandi. l. 2. de eroga. milit.  
 anno.

## Commentaria ad leges

anno. lib. 1 2. & ibi notat Bar.  
4 t quod rustici non sunt compellendi deferre stramina, Paleas, lectos, & similia militibus hospitatis, ultra viginti milliaria, sed si comitatenses non possunt supplere necessitatibus ciuitatis: tunc vicini, etiam alterius prouintiæ possunt à superiore suo compelli portare  
5 annonam t ad ciuitatem egentem, secundum Ange. in dict. l. pro locis. per text. in. l. in nomine Domini. C. de offi. præfe. à fri. & quia tempore necessitatis omnia debent esse communia. l. 2. §. sed si. ff. ad legem Rhod. de iact. & saltim isto casu relaxandus esset deuetus, siue prohibitio exportandi frumentum extra prouintiam: argumento. l. si quis per diuturnam. C. de aquæ duct. libr. 1 1. & ibi notat Bartol. ut autem exteri alliciantur, & comitatenses ad portandum victualia in ciuitatem, poterunt ordinare quod quicumque portauerit frumentum vinum & similia ad urbem, habeat pro labore suo duos grossos pro salmata. l. 1. C.

de frum. Alex. item prouidebunt, quod deferentes annonam, & cætera ad victum necessaria nullam ab incolis vim patiantur, neque pro repræsalijis capiantur, neque tunc ratione delicti, vel contractus conueniantur, neque gabellis portarijs, pedagijis, vlla uè impositione angarientur. l. 1. C. de nauicul. lib. 11. facit tex. in. l. 1. ff. de nundi ita Rip. in d. tract. de peste. tit. de remed. præfer. contra pes. nu. 190. cū. 4 seqq. fol. 16. & plura refert Melsia in prag. tassè pan. conclu. 1. nu. 1. cum sequentibus pluribus.

6 Ibi. *Y las personas que nombraren han de ser de quien se tenga mucha confiança, que lo haran con mucha fidelidad, y con el mas aprouechamiento del posito que se pudiere.* Copulatiuè procedit hic legislator, scilicet, quod personæ hæc sint fideles & maximæ confidentiæ, & insuper quod sciat id facere ad utilitatē possibilē depositi, & vnum sine alio non sufficiat, quia copulatiua vtriusque copulati requiritur verificationem & sic fidelitas & experientia

rientia requiritur, ad hæc ad implenda, & aduertat ad hæc concilium, quoniam ex mala electione, & nominatione tenebuntur concilij nominatores talem eligentes, vt dictum remanet de electione depositarij, ad eorum tamen excusationem sufficeret probare sufficientem, & fidelem tunc reputari tempore nominationis, sicut & de depositario dictum est.

7 Ibi. *A los quales se les dara vn salario moderado.* Licet enim Decuriones non possint alicui constituere salarium sine licentia Regia, ex. l. i. C. de præb. salarium. & diximus in. l. 13. tit. 9. lib. 3. supra num. 4. & Octavian. decisio. Pedamonta. 95. nu. 26. & glos. penult. l. 10. titu. 28. part. 3. tamen in hac materia dispositum habemus de iure, qd præfecti annonæ possunt eligere vnum vel plures expertos & discretos viros, qui pro frumento comparando se conferant ad alienas prouintias, & eis sine iussu Principis salariū constituere ex. l. i. C. de frum. Alex. lib. 11. & ita quotidie praticari inquit

Messia, in pragm. pan. cōclu. 1. num. 54. & tenet Ripa, in tracta. de peste. tit. de remed. præseru. contra pest. fol. 15. nu. 186. & Auéd. c. 10. part. nu. 17. lib. 2. & hoc nō solū si alijs personis extraneis à concilio Decurionum negotium hoc committatur, verum etiam si aliquibus de concilio, nam quamuis Rectores populi nō possint habere salariū ob hoc qd operibus publicis construendis seu reficiendis tantū adstāt, seu præficiantur, & quod illud restituere tenentur iure fori, & iure poli, vt per plura cōprobāt Dominicus & Frā. in. c. statutū. §. assessorem. de rescrip. in. 6. ita vt remissio eos non excuset à reali & vera restitutione, secundū eosdem, & alios relatos per Messiam vbi supra num. 69. tamen secundum eum ibi. num. 70. id intelligendum est quādo intra vel prope populum quem regunt illa fierent opera, seu aliās occuparentur, secus autē si ad alia deputarētur negotia Rempubicam concernētia extra eius terminos, limites, seu districtum, peragen-

M da, in

da, in quo officialis deberet eques ire, aut eum oporteret aliquas expensas facere pro annona frumēti, vel carniū emenda, vel pro legatione faciēda: nam tunc populi concilium iudicis auctoritate atque decreto potest in expeditione cuiuslibet negotij taliter se habentis salaria administrantibus deputare pro exigentia temporum & personarum qualitate, secundum Lucam de Pen. & Platea. diet. l. 1. C. de præb. salar. & idē in tutore peregre proficiscente inquit Melsia vbi supra. nu. 71.

Caput Sextum.

- 1 **Q**uomodo publica annona erogāda sit, & per quas personas. num. 1.
- 2 Decuriones tenentur ratione sui officij gratis annonam inter vicinos erogare. num. 2.
- 3 Decuriones debent in spectis sumptibus iustū pretiū annona imponeretur. numero. 3.
- 4 Fraus est obuiandum in casu huius legis, & quod non

- mensuretur fideliter frumentū, & annona, nu. 4.
- 5 **Q**uomodo hoc intelligatur, & forma, qua in distributione seruāda sit. num. 5. & fraus dignoscatur & possit evitari. num. 6. & num. 10.
- 7 Decuriones tenentur resarcire, & restituere damnum in conscientia, si per negligentiam, vel malitiam pretium iniustum pane cocto, vel tritico imposuerunt in vicinorum præiudicio. num. 7.
  - 8 Si prohiberetur ne Decuriones possent vendere panem suum nondū collectum tempore Augusti pretio constituto à lege nostra: plura utilia sequerentur. nu. 8.
  - 9 Per Decurionem constituitur pretium frumenti cū consideratione. num. 3.
  - Idē in pistoribus faciendum est. nu. 9. & 10.
  - 11 De eadem re. num. 11.
  - 12 In pane cocto & non in tritico nec farina distributio faciēda est ut pauperes maiorem afferāt utilitatem. num. 12.

13 An possit vendi panis co-  
ctus maiori pretio exte-  
ris, quam vicinis, bene dis-  
cutitur. nu. 13.

14 intelligitur litera pragma-  
tica cum distinctione bona  
ad verā dubij & quastio-  
nis. nu. 13. interpretatio-  
nem. nume. 14. & iterum  
quomodo sit distributio in-  
ter pauperes facienda. nu-  
mer. 15.

16 De eadem re. num. 16.

17 Susceptor tenetur resarcire  
damnum si sua negligen-  
tia, vel mala admini-  
stratione annona perde-  
retur, per incendiū sua  
causa causarum, vel per  
aliam rem. num. 17.

18 Noua frumenta non eman-  
tur, nec comparentur ni-  
si antiqua consumantur.  
num. 18.

19 Renouatio frumenti faciē-  
da est, & in quo casu &  
tempore. num. 19.

20 Mutuare frumentum vici-  
nis, & è contra quādo, &  
quomodo fieri potest. nu-  
mero. 20.

21 Decuriones possunt cum au-  
thoritate iudicis tempo-  
re fertilitatis triticū in-

ter vicinos, aut mutua-  
re, aut vendere, & qua  
de causa, hoc faciendum  
sit bene traditur. nume-  
ro. 21.

22 Vicini an teneantur redere  
triticum in pecunia, vel  
in specie tritici. num. 22.

23 Susceptores tenentur prote-  
stationem facere Decu-  
rionibus, ut debita sibi  
debita per vicinos recupe-  
rentur, alias ad restitu-  
tionem dāni obnoxii sunt,  
num. 23.

**I** Bi. Que el repartimiēto y ga-  
sto del dicho pan, la justicia y  
regimiēto pudiēdose buenamē-  
te juntar, y donde no, la justicia  
y dos regidores por lo menos q̄  
para ello seran nombrados. Ab  
officialibus enim ad id depu-  
tatis specialiter, (quia actua-  
rij possunt nominari) erogā-  
da est publica annona, secun-  
dum Plateā, in. l. nē diutius.  
C. de numu. & actua. lib. 12.  
per illū tex. eligūturq; eroga-  
tores ij eodē tēpore, & eodē  
modo quo eligūtur deposita-  
rij, & susceutores annonæ,  
& sic ij actuarij in principio of-  
ficij. Idē præstabūt iuramē-

M 2 tum

## Commentaria ad leges

tum quod debēt susceptores psæstare, & vltius iurare solebant de iure antiquo, ex. l. per hanc. C. de erogation. milit. an. lib. 12. se propria manu & non per alium quēquam erogatuos, quod non seruatur regulariter præsertim tempore carestie, & necessitatis, sed apponuntur particulares personæ, id facientes ordine ipsorum erogatorum, neq; ad hoc erogatorū officium aliquis eligitur, qui sit in dignitate cōstitutus, nè ratione dignitatis fiat audacior ad fraudandam publicam vtilitatem. l. nemini. C. de mune. & actua. libro. 12. notat Ripa. de peste. titul. de remed. ad conseru. vber. num. 141. vbi numer. 142. inquit prudenter erogatores officium suum exercere, si nihil de nobis fructibus tanquam prius, quam veterem erogauerint annonam. l. 1. C. de condi. impub. hor. nisi frumentum nouū incipiat corrumpi, & vetus non, tunc enim prius detrahetur ex. l. is autem. S. qui legatorum seruandorum, & vbi gloss. ff. vt in pos. lega-

to. vel vt inquit Ripa vbi supra. num. 145. miscetur corruptum cum frumento bono: ita enim fiet quod velata corruptio Rempublic. à damno conseruabit, ex dict. l. 1. C. de condit. impu. horr. Sic etiam opportunum est malum venenum miscere cū bono, quia hoc modo fit optimum antidotum. l. quod sæpe. S. veneni. ff. de contrahend. emptio. l. qui venenum. ff. de verbor. significa. Et si dicatur talem mensurā in se peccatum habere, respondet Ripa vbi supra. num. 145. cum Platea, in. d. l. 1. q̄ illa procedunt quando corrupta cum incorruptis taliter incorporatur, quod scire vel discerni non possit mixtura, seu fraus, tunc quia contrahens decipitur peccatum est: secus quando mixtura patet, & cognosci potest, non enim tunc potest contrahēs allegare dolū vel fraudē. l. 1. S. si intelligatur. l. queritur. S. si. ff. de edil. edi. De quo diximus late in. l. 3. tit. 5. lib. 1. sup. & in. l. 8. tit. 18. lib. 7. sup. cū tamen mixtura hæc panis corrupti cum bono faciēda est ab



est ab erogatoribus annonæ publicæ debet ita fieri, nè sit maior mixtio corrupti, quã est mensura boni frumēti, & q̄ corruptū nō sit ita corruptum quod sit nulli⁹ utilitatis, ita deniq; debet pretium cōmensurari ratione frumenti corrupti vt sit minus, quam esset si nō immisceretur corruptum cum bono: ad hæc enim omnia debēt boni erogatores annonę aduertere. Erogoresq; ij debent esse prudentes, scilicet, quod sint discreti industriis & fideles. Clem. 1. §. sanè. & ibi notat Card. & Imol. de heret.

2 - Ibi. *Acuyo cargo ha de ser esto.* Scilicet, dictorū duorū rectorū nomina torū debentq; gratis id facere cum ex necessitate officij ad id teneātur, vt notat Plat. in l. 1. C. de delato. lib. 10. & satis eorū honor illis pro premio esset, & reipub. consuluisse, quodque qui tenetur aliquid facere gratis, & suis saltim expensis debeat facere, secundum Bart. in l. cū seruus. nu. 4. ff. de verb. oblig. idē Bar. l. nē seruus. ff. de nego. gest. Cāpe. in tract. de dote. 1. p. priuil. 16.

Rip. l. 1. nu. 90. ff. solut. matrim. sicuti per Mefs. in pragmat. pan. conclus. 1. nu. 68. & id regulare est in quocūq; obligato, ex text. in l. suo victu. ff. de op. liber. notat Bart. in l. & si non fortē. §. libertus. ff. de condit. indebit. & hanc regulam communē vocat Ias. in l. cum seruus. nu. 4. deleg. 1. Baeça, de decim. tuto. cap. 1. num. 17. & optimè Barto. Socin. confi. 26. num. 3. libro. 1. & si aliquid pro hoc recipitur, turpiter recipitur, & restituere tenetur, vt ex l. 1. C. de condit. ob turp. cau. probat Loazes in allegatione de mula. 1. dub. pagin. 163. cum seqq. in paruis, & iterum diximus in l. 1. titu. 4. glo. esten. per totam. lib. 6. supra etiam si Auiles, capit. prætor. glos. *abogados*, numer. 1. aliud velit, & cotam quam allegat, scilicet Curiam Pisanam, de Decurion. libro. 2. capit. 23. vbi & ego dixi in additione, nihil ibidem Curia ipsa de hoc salario tractat, vbi ex ijs dixi Rectorem ciuitatis in iudicem electum in causis decem millia morapetitorū

## Commentaria ad leges

si literatus est non posse assessoriam recipere: sic & itidem Rectores ij ad reuendendas computationes & rationes, annonæ publicæ, nō possunt pro ijs recipere salarium ab ipsa annona neque de publico nisi aliud sit consuetum, secundum Guid. Pap. decisi. Delph. 68. relatum per Auēdan. cap. 2. Prætor. nu. 8. lib. 1. & hæc vera nisi foras extra ciuitatem & mœnia eius proficiscerentur tales Rectores & Deputati annonæ, nā tunc salarium est eis præstandum, vt dictum remanet supra, in glos. a las quales.

3 Ibi. *Con el mayor beneficio y a provechamiēto del posito que sea possible.* Obseruandū est enim annonæ rationē magistratibus habēdā, vt nō vili, sed iusto pretio veneat, quod & arguit Amianus Marcellinus. libr. 22. historiæ, relatus per Petrum Gregor. in Syntax. iuris. 3. part. lib. 36. cap. 30. num. 4. nulla inquit probabili ratione susceptæ popularitatis amore utilitati studebat venaliū rerum, quæ nonnunquam secus, quam conuenit ordinata, inopiam gig-

nere solet & famem, qua propter iustè dixit lex nostra cōmoditatis possibilis habendā rationem pro conseruatione annonæ publicæ, & dicitur hic, *que sea possible*, quasi cum maxima consideratione agendum sit, ita vt annona publica non minuatur ex vilis pretij cōstitutione, neq; multum augeatur pretium cuiuslibet fanecæ in detrimentum vicinorū & præsertim pauperū, sed omnibus consideratis pretiū cōstituatur iustum in augmentū, & non in diminutionem annonæ: cautio enim ad magistratus nūc politicos (maximè annonæ) esse debet, vt iustis pretijs vedātur, singula vt frumēta, & ad victum potissimū necessaria quotidianū, prout inquit Petrus Grego. vbi sup. nu. 10. cū seq. aliquibus. de quibus & in hac mentionē fecimus pragmatica, & sic quotidie videmus Dardanarijs (vulgo recatones) qui hostes Reipub. sunt Dariali, quod lucrum iustum pro reuendendis minutatim rebus, quas emerunt, q̄ iustius est vt fiat cum annona publica frumentaria.

Ibi.

4 Ibi. *Que en ello no aya frau de ni cautela alguna.* Fraudib<sup>9</sup> enim & malitijs obuiādum est, & fiet fraus si fideliter nō mensuretur, & detur mensurandi minuta panificis sibi appropriando aliquid erogatores panis, prout ante pragmaticā tassæ panis, vtrarię fieri asserit, Messia ibidem, conclusio. i. mu. 48. vel cum quadraginta panificis deberent dari certæ mensuræ triginta tantum dētur sibi alia retinentes, vel dando vnīs & non alijs, vel si maiori pretio detur vnīs, quā alijs, illud plus sibi vsurpantes, annonam \* enim publicā fraudare est, id agere, vt tandem carius vendatur, ad priuatā eius, qui fraudat vtilitatem, vt inquit glos. in l. vis certis. verb. annonæ. ff. de iudi. fraudare etiā annonam, videtur dispensator annonæ, id est, cibariorum, quæ solebant dari militibus, si iustam portionem singulis non tribuat, vt in l. 1. C. de eroga. milit. annon. libr. 12. Vnde inquit Areti. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbor. oblig. quod in hoc multum solers,

& prudens debet esse iudex, vt videat si possit perpendere fraudem; quæ quidē fraus & dolus coniecturis & præsumptionibus probatur ex l. dolum. C. de dol. & l. apud Celsum. in princi. cum glos. ff. de dol. mal. except. latē plures ponit coniecturas Menochi. de præsumptio. libro. 5. præsumptione. 3. Vbi allegat Lucam de Pen. & Mascard. latius agentes, & in lib. 1. præsumptio. § 8. ipse Menochi. alia describit, quæ cōiecturis & præsumptionibus probantur, & sic Aurelianus Imperator grauissimas pœnas infligebat ijs, qui annonam militibus fraudabant, vt scribit Vopisc. in eius vita, varijsque pœnis puniebantur annonam grauantes: fuit enim lex Iulia de annona, vt in toto tit. ff. ad l. Iulia. de anno. qua puniebatur, qui quid faciebat, quo annona carior venderetur, vel qui impediabat, quominus annonam in ciuitatem asportaret. l. 2. ff. eodem. Vbi viginti aureorū pœna imponitur, item lege monopoli puniebantur etiā, qui pactionem inibant, vt

## Commentaria ad leges

species & annona carius vē  
 deretur. l. 1. C. de monopol.  
 pœna viginti aureorū, crimi  
 ne etiam stellionatus punie  
 bantur euentes annonam  
 pluris quam valeat, vt cæ  
 6 terit eodem pretio ad emen  
 dum incitentur, & sic pre  
 tium augeatur. l. 3. §. item si  
 quis, secundum intellectum  
 Bart. ff. de crimin. stellionat.  
 extraordinariè itidem punie  
 bātur, qui totam coemebāt  
 annonam, quam in prouin  
 tijs reperiebant, vt soli po  
 stea pretio, quo vellent eam  
 vendere possent. l. annonam.  
 ff. de extraord. crim. Ripa de  
 peste. fin. p. nu. 178. imo & in  
 conscientia tenētur resarcire  
 7 dānū cōmune \* ex eorū ma  
 litia resultās, secundū Magis.  
 Fra. Lud. Lop. in suo instru  
 cto. cons. 1. p. c. 226. col. pen.  
 pag. 561. vbi & inquit Recto  
 res habentes taxare pretium  
 panis cocti, si negligenter in  
 hoc se habeant teneri resti  
 tuere damnū ex hoc fecutū.  
 Dardanarij autem erant præ  
 cipuè illi, qui annonam one  
 rabant, vt ex. d. l. annonam.  
 hæc referens, inquit Decia.  
 in. 2. tom. de delict. lib. 7. cap.

22. de fraudan. annon. num.  
 7. cū. 4. præcedent. vbi. nu.  
 14. cum. 4. sequen. plura de  
 scribit specialia contra eos,  
 qui annonam fraudantes vi  
 tæ totius populi insidiantur,  
 & num. 19. quærit cum cri  
 men hoc legis Iuliæ. de an  
 nona, sit publicum, vt dici  
 tur in. l. 1. in fin. ff. de pub.  
 iudic. & inter publica crimi  
 na titulus ille sit positus qua  
 re tam leui puniatur delin  
 quens nēpe viginti aureorū,  
 vbi nu. 39. in hoc propositū  
 cōcordat leges, quæ cōtrariè  
 videbātur, & nu. 120. inquis  
 etiā annonam onerare falsis  
 pōderibus vtentes, & nu. 21.  
 refert illud pro subleuanda  
 annona rescriptum Seueri,  
 & Antonini, vt ius non esset  
 ordini, cuiusq; ciuitatis pre  
 tium graui constiture, ne sci  
 licet, ipsi qui de ordine sunt,  
 nempe nobiliores plebē pro  
 priuato commodo in anno  
 nam grauare valeant. l. final.  
 in principio. & §. 1. ff. ad. l.  
 Iulia. de anno. l. non debere.  
 ff. ad municip. l. Decurio  
 nes. ff. de administra. rerum  
 ad ciuit. pertin. & sicut hoc  
 8 iustū erat \* ita & esset hodie  
 si pro-

si prohiberetur ne Decuriones ciuitatis possent vendere panem suum nondum collectum præstandum tempore æstus pretio constituto à lege Regia, cū ante tempus venditur, quæ ex. l. 17. titul. 11. lib. 5. infra: nā ex anticipata emptione Decuriones sibi appropriant omnem pecuniam annonæ, ita vt pauperibus laboratoribus parū aut nihil pecuniarū supersit ipsis pro frumento suo dādarum, quibus pecunijs necessitates præsentis subueniāt, vel saltem esset in hac distributione dādus ordo quidam, vt subueniri posset laboratoribus, sicut & Decurionibus.

9 Ibi. *Que distribuya el pã a las panaderas y personas q̄ mas cōuiniere y mas diere por hanega.* Intellige, hæc verba, q̄ mas diere por hanega, scilicet, in pane cocto, vt sic panis coctus distribuatur prout in verbis sequentibus iubet distribui, nō vero quod pro faneca tritici detur id quod plus reperietur in pecunia: nā triticum, non debet in excessiuo pretio dari, sed in taxato per ciuitatem habita cōsideratio-

ne pretij, quo emptum est, & expensarum, & cum aliquo moderato lucro cū pro pecunia dandū est pistorib⁹, vt ipsi suo periculo in pane cocto vēdant, & istud fieri solet cum non adest inopia & penuria, sed ea existente datur pistoribus vnaquæq; tritici faneca, vt ipsi in pane cocto reddant depositario tot panes pro faneca præstando, & in hoc, qui plures panes dederit præferendus est, & querendus qui plus det, & de hac forma dandi triticū annonæ loquitur istud capitulū in ijs verbis: duobus enim modis solet pistorib⁹ dari triticū annonæ. Primò vendēdo ipsis pistoribus triticum annonæ pro tali pretio pro faneca moderato per conciliū ciuitatis, vt ipsi pistores suo periculo vendant illud in pane cocto pretio per ciuitatē in taxato. Secundo modo datur triticū vt vendatur in pane cocto per depositarium annonæ & deputatos eius, vel alios ad id nominatos publico præconio præconizādo, vt qui plus panis cocti dederit pro faneca, ei detur, & afferatur.

M 5 ad do-

## Commentaria ad leges

ad domum publicam & ad vendendum deputatam, vt ibidem pro ipso deposito vè datur: et in hoc secūdo modo loquitur lex nostra, & in hoc secundo casu potest non solum dari pistoribus, à concilio designatis, sed etiam alijs quibuscunque personis meliorem conditionem & licitationem panis cocti offerentibus, vt apparet ex verbis his, quæ conimemus, quæ est optima limitatio ad pragmaticam taxæ panis, disponentem, quod panem coctū nemo vendat, nisi sit pistor deputatus ad hoc, vel personalis, quæ secundum qualitatem suæ personæ id potest facere.

11 Ibi. *Con el mayor beneficio y aprouechamiēto delposito que fuere possible. Verè quæ diximus supra eodem in glos. cō el mayor beneficio, & cauēdone longi temporis breuis hora cōsumat, vt extra de cēs. cap. cum pluribus. notat Lucas de Pen in l. 1. ad fin. C. de frum. vrb. const. lib. 11.*

12 Ibi. *Se distribuya y gaste en pãcozido. Vtilius enim & salubri⁹ est in pane cocto, quā in*

frumēto erogationē facere, ne si detur frumentum pauperibus, dispergant illud, & in alios vsus conuertant. l. 1. C. de frument. vrb. const. lib. 11. & sic capitulum obligatum ad dandum tot panes, & tot vini amphoras singulo die interessentibus, in diuinis nō poterit dare frumentum vel pecunias, secundum Ioann. de Platea, in ead. l. 1. & Franc. Marc. decisi. 540. nu. 1. & Ripa. de peste. tit. de remed. ad conserua. vbert. nu. 147. vbi. num. 148. inquit, id male obseruare Canonici Auenionenses: nā si panem & vinum dietim acciperent, quæ vsui superessent, pauperibus piē erogarent, sed quia frumentum recipiunt, ex pretio quādoque thesaurizant, & ex auro aurum quærunt, quod & alij multi, vltra Auenionēses Canonicos faciūt, quod vt ibi inquit Ripa. nu. 149. cum duobus sequentibus. non conuenit viris ecclesiasticis, & quod aliud facientes faciunt male, & contra executores testamentorum debentes dare pauperibus panem coctū & dāt in pecunia, notat

notat Fran. Marc. vbi supra. nu. 4. ex quibus iuxta lex nostra erogationē fieri iubet in pane cocto, qua de causa inquit Angel. in. l. annorū. nu. 5. & Fran. Mar. vbi supr. nu. 18. quod caupones. stabularij, & pistores possunt emere frumentum, & hordeum pro suorum officiorum fulcimento, & vendere in minuto hordeū, & in pane cocto frumentum, quia eorū officium est necessarium & quod frumentum commune, (vulgo dicitur, *del posito*) potest ante dicta ratione mutuari, vel (vt melius duas attempta lege nostra) vendi pisto-ribus, & tradi vt faciāt panes ad sustentationem Reipub. si quidem hoc etiam tendit ad expeditionem ipsius negotij, in quod reponitur & congregatur frumentum cōmune, refert Mefsia in pragmat. tassæ pan. conclusione. 1. nu. 55.

13 Ibi. *Se de el que viniere a los dichos caminantes y veZinos pobres, y que mas necesidad tu uieren.* Ex æqualitate hac parificantem viatores cum vicinis pauperibus in erogatio-

ne panis cocti publicæ annonæ, colligitur, non posse vendi panē coctum exteris plusquam vicinis, vt ex cap. 1. de emptio. & venditio. tenent Doctores per me allegati in. l. 25. titu. 13. lib. 8. Recopil. & in mea Curia Pisana de Decurio. lib. 2. cap. 18. num. 27. & tradit etiam Rebuf. in 2. tom. const. Fran. tit. de hospit. conclusi. 8. num. 14. & faciunt dicta per Tyber. Decian. consi. 55. num. 7. vol. 1. Vbi per statutū id posse fieri contendit, sed statuto sublato nō potest id fieri, vt & inquit Castillo in Politica de Corregidores, libr. 3. cap. 4. nu. 31. & 32. quicquid velit distinguere Rip. de peste. 4. p. tit. de remed. prælerua. contra pest. nu. 200. & 201. Sed an tempore necessitatis, prout nostra lex in hoc capitulo loquitur, prius exteris, quàm vicinis erit erogatio facienda, & ex ordine literæ nostri text. vocantis primo viatores, & sic exteros, videtur quod sic, tum ab ordine literæ, quod est validum argumentū in iure, vt per Bal. in. l. conuenticulam. C. de Episcop.

## Commentaria ad leges

Episcop. & Cleric. tum etiã  
quia ex ordine arguitur præ-  
rogatiua, secundum glos. in.  
c. ita quorundã, verbo, prædi-  
catorum. de electione in. 6.  
vt vtrumq; traditur per Eue-  
rardum in centuria locorũ,  
loco. 1. ab ordine literæ: &  
sic exteri, qui in principio;  
& prius sunt nominati, vidẽ-  
tur præferendi vicinis in ca-  
su nostri tex. sed quia hoc ini-  
quum videbatur, quia ex le-  
gum dispositione vicini ex-  
teris præferuntur, eo quod  
charitas bene ordinata à seip-  
sis incipit, frumentariæque  
annone regulariter expensis  
vicinorum cõstruuntur, vel  
saltim populus ipse est qui cõ-  
structioni earum adssistitur,  
& locum præbet & ordinẽ  
assignat, & nummos ac fru-  
mentum, vt provideatur an-  
nona præbet, ideo nimirũ  
si vicini præferantur, & sic  
videmus quod Theodoricus  
Gothorum Rex, vt reperi-  
tur apud Casiodo. lib. 4. var.  
34. Epist. Fauto præposito  
scribens, iubet, vt prius inco-  
lis fœcunditas frumẽtorum  
propria seruiat, & rursus  
Comiti Silacatariorum, scri-

bit in lib. 2. var. Epist. 12. ipse  
Casiodor. speciem lardi nul-  
latenus iubemus ad peregri-  
na transmitti, sed in vsus no-  
stros propitia diuinitate ser-  
uentur, ne quod in nostris  
partibus conficitur nostra  
negligentia deesse videatur.  
Itẽ quia si testator iussit bo-  
na sua distribui inter paupe-  
res, nec dixit cuius loci de-  
bent distribui inter pauperes  
illius loci, vbi domicilium te-  
stator habebat, ex. l. si quis ad  
declinandam. C. de Episco.  
& Cleri. l. 20. tit. 3. part. 6. &  
ibi. *De aquel lugar*, alia iura  
allegat: ergo ne quod iniquũ  
ex hoc resultet intelligẽdum  
est ordinẽ literæ nostri text.  
14 \* non esse appositum restri-  
ctiuẽ, & substantialiter, sed  
demonstrationis causa, neque  
aliud hic voluisse legistato-  
rem intelligendum est, quo  
casu non curamus de ordi-  
ne, ex text. in cap. authorita-  
te Martini. de cõcessio. præb.  
in. 6. quem & alios allegat  
Euerardus, vbi supr. vers. se-  
cundum quod volo: vbi in  
fin. capituli, idem esse dicit,  
quoties apponitur ordo gra-  
tia exempli, neq; est censẽ-  
dum



dum legislatorem voluisse hic exteros vicinis præferre in erogatione annonæ publicæ. Estque publica annona per actuarios illis eroganda, quib<sup>9</sup> erogari debere mandantur Decuriones seu annonæ præfecti. l. his scholaribus. C. de erog. milit. annon. libro. 12. in qua quidem erogatione tempore inopiæ & mediæ ac carestia erogatores inquirere debent, quot & quales sint pauperes in ciuitate, & si facultates suppetant, pium est omnibus subuenire: est enim omnis donationis immensitas in pauperes mensura, vt in authentica de non alienand. §. finimus. quorum pauperum nomina; & singulorum habitationes in vno libro debent scribi, & cui libet assignandi sunt vnus, vel duo panes singulo die secundum vires reddituum ipsius ciuitatis, argumento. l. final. C. de frument. Alexand. qui panes debent per hominem ad id electum deferri ad habitationes ipsorum pauperum, nè pro eleemosyna pauperes maximè contagiosi dis-

currant urbem, & discurrendo alios inficiant. Sed si reddituum tenuitas obster, quo minus omnibus subueniri possit, solum describantur pauperes originarij eiectionis forensibus l. final. C. de annon. ciuil. libr. vndecimo. secundum intellectum Bartol. communiter approbatum. Ex quibus vt dictum remanet executor testamēti prius pauperibus loci domicilij testatoris tenetur subuenire, quàm alienigenis, & dicere solebat Cicero. Potiores nobis sint ciues quàm peregrini: ex quibus multa apposui originarijs & vicinis permilla, quæ forensibus sunt prohibita in l. 14. titul. 3. lib. 1. supra ad fin. legis, & sic valet statutum quo prius ciues quàm exteri vocantur ad honores officia. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mun. & hono. prout Veneti obseruant, quod si Respubli. omnib<sup>9</sup> originarijs nequeat succurrere, tunc infirmis & inualidis pauperibus prius est subueniendum, ex dict. l. si quis ad declinandam. & ex authentic. de Ecclesiast. titul.

titul. §. si quis autem vnum  
sanctorum, & data paritate,  
pauperibus magis dignis, se-  
cundum Ioann. Andr. in ca-  
pitulo primo. de testament.  
in nouel. argumētum. l. cum  
quidam. delegat. 1. Frederic.  
consil. 282. factum tale est,  
& magis digni sunt, qui ma-  
ioribus abundāt virtutibus.  
l. 1. C. de annon. ciuil. & pau-  
peribus monialibus magis,  
quam iuris etiam religiosi,  
propter maius periculum.  
capit. 1. de statut. regul. in  
6. & sic inquit text. in dict.  
l. 20. titul. 3. part. 6. quod pau-  
peribus in carcere, aut hospi-  
tali existentibus subuenien-  
dum, & danda est eleemo-  
syna pauperibus relicta, quia  
nequeunt foras exire ad eam  
procurandam: & potius pau-  
peribus nobilibus, quā ru-  
sticis, & potius senioribus,  
quam iuuenibus, capit. con-  
siderāda. 86. distinctione. &  
erogatione facta inter ciues,  
& inter eos prius inter pau-  
peres, & eorum infirmis, &  
inualidis prius, & nobiles an-  
teferendi, & eorum senio-  
res iuuenibus & moniales  
viris etiam religiosi, & car-

ceratis præstatur annona  
si de suo non habebant, ex. l.  
iudices. C. de Episcop. aud.  
notat Alciat. Parerg. libro. 1.  
cap. 17. Tum ijs impletis ex-  
teris ibidem existētibus pro-  
uidendum est, ita latè col-  
liges ex Ripa, in dict. tracta.  
de peste. in titul. de remedi.  
ad conseru. vbertat. à numer.  
151. vsque ad 174. vbi mul-  
ta infert, & eo tacito per Mes-  
siam, in pragmat. taxæ pan.  
conclusionone. 1. num. 42. cum  
seqq. pluribus, & late quo-  
modo & quibus sit largien-  
da eleemosyna, verè per Lu-  
cam de Pen. in. l. 2. C. de an-  
non. ciuil. lib. 11. verbo, ciui-  
bus. Et in summa Ripa vbi  
supra. nu. 175. inquit modū  
erogationis esse optimum si  
ad tria erogator animadu-  
erat, videlicet, ad honestum,  
necessarium, & debitum:  
nam assignare determinatā  
prælationis regulā in singu-  
lis impossibile videtur, quia  
singulares conditiones, quæ  
confidetandæ sunt diuume-  
rari facilè non possunt: ero-  
gatores etiam doceat ratio,  
& prudentiæ consilium.

Ibi. *Y que mas necesidad  
tuuieren.*

*inueniuntur.* Nam inter pauperes pauperiores, præferes, & horum magis dignos: nã quoties causa pietatis aliquid pauperibus relinquit pauperiores eligendi sunt saltim in foro conscientia, secundum Deci. consilio. 72. num. 3. de quo alibi in consilijs meis latius videbis Deo volente.

17 *Ibi. Y de los daños que por ello vinieren.* Nam si vbi susceptoris negligentia quidquam ex publica annona perierit, susceptor tenetur reficere instar tutoris, vt in. l. 2. C. de condit. impub. horreor. refert Mefsia, in pragmatica tassæ pan. cõclusione. 1. numero. 72. Ripa de peste. titul. de remed. ad conseruand. vbert. fol. 18. num. 11. cum. 4. sequentibus, vbi ampliat etiam si dimiserit factorem, & sic etiam tenetur de incendio horrei, secundum Menochi. de arbitrar. casu. 390. num. 6. ergo à fortiori tenebitur si fraude eius vel dolo aliquid perpetratur, ob quod annona detrimentum ad damnum patiatur.

18 *IN Capit. 7. ibi. Y suere*

*menester.* Aliter enim nõ debent noua frumenta emi, nisi consumantur antiqua. l. 1. C. de condit. impuber. hor. libro. 10.

19 *Ibi. Renouallo.* Oportet enim præfectos annonæ diligentes esse, & admonere concilium pro vèdendo, aut renouando annonæ frumento, si præuestutate, vel alia ratione adsit, vel immineat deterioratio, vel speretur in proximo vbertas, nec enim tunc concilium aut quouis alius mutuans ad renouandum frumentum, vt nouum recipiat, vsuram committit, secundum Ioan. de Lignia, in capit. in ciuitate. de vsur. quicquid Hostiens. & Gofred. in summis distinguant, qui tamen possent procedere quãdo quis mutuaret frumentum putrefactum, & nihil valens, vt melius recipiat, vt inquit eos referens Mefsia in dict. pragmat. pã. conclusione prima. numero 73. Vbi & inquit sic intelligendos Abb. nume. 20. & Anani. num. 36. in capit. fin. de vsur. dicentes non licere recipere frumentum, quod valet

valet carius, quam valebat  
 tēpore mutui, quando quis  
 mutuauit frumentum vetus,  
 vt reciperet nouum, vt intel-  
 ligatur quando esset putre-  
 factum aut corruptum, nam  
 tunc esset vsura, vt per Ia-  
 cob. de Graf. in decisione cō  
 filij. libro secundo. cap. 103.  
 num. 11. pagin. 387. & decla-  
 rat latè Frat. Lud. Lop. in suo  
 instructo. consil. 1. part. cap.  
 225. per tot. pag. 566. cum  
 sequentibus. secus si non es-  
 set corruptum, & bona in-  
 tentione quis mutuasset, nā  
 qua ratione si vilius valeret  
 teneretur mutuans recipere,  
 eadem potest licitè recipere  
 si carius valet, ex qua ra-  
 tione infert idem Messia vbi  
 supra, quod si tempore mu-  
 tui, frumentum est carissimū,  
 & quis hoc pacto mu-  
 tuat, quod certo tēpore red-  
 datur sibi tantum frumen-  
 20 tum, \* quantū potuisset ha-  
 bere pro illa pecunia, quam  
 nunc tempore mutui valet  
 frumentum mutuatum non  
 est vsura, licet sit plus fru-  
 mentum in quantitate quod  
 restituit, quam quod fuit mu-  
 tuatum, & est etiam ratio

quia iste intelligitur vende-  
 re alteri frumentum nunc,  
 & mutuare pecuniam gra-  
 tis, quam sibi vult reddi in  
 frumento tempore solutio-  
 nis, & ad hoc ibi allegat  
 Ioan. de Fantu. & Anton. &  
 Anan. num. 37. in dict. cap.  
 final. de vsur. & Ancharra:  
 in capitulo primo. eodem ti-  
 tul. in. 6. quod ego sine du-  
 bio procedere non credo,  
 tum quia mutuatur frumen-  
 tum tempore quo carissimè  
 valet, reddendum tempo-  
 re, quo certum est minus  
 valere, quo casu vsura com-  
 mittitur, vt per Anto. Nat.  
 in consilio. 670. per totum.  
 libro quarto. Secus si se ex-  
 ponit æquali aleæ perdendi  
 & lucrandi, nam tunc non  
 esset vsura, sed licitus con-  
 tractus, secundum Frat. Lu-  
 douic. Lopez, in loco infra  
 proximè allegando in colu.  
 final. de quibus remissiuè di-  
 ximus in. l. 1. titul. 25. num.  
 8. libr. 5. supra. Tum etiam  
 quia fortassis exceditur talsa  
 panis, quod non licet, & sic  
 non caret scrupulo si reddē-  
 dum est tēpore, quo à com-  
 munitè accidētibus carius  
 valet,

valet, & sic circa hæc cum maxima prudentia procedendum est. Sed an poterunt populi statuere licite & in conscientia & sine restitutionis obligatione, vt triticum, vinumq; populi prius vendatur & expendatur, antequam vendatur triticum, aut vinum forensium, vel aliunde allatum, & interim cariori pretio exponunt, quã valeret si aliunde traheretur, vide Magist. Lop. in suo instructo. consi. 1. par. c. 224. col. pen. pag. 556.

2 Ibi. *Que los ayuntamientos lo manden prestar.* Et nemo excusabitur ab hac receptione, vel emptione, ex. l. vni. C. vt nemin. lice. ab emp. spe. se excus. libr. 10. Imo si quis se excusaret tempore caritatis nihil ei erit dandum, ex. l. 7. C. de eroga. mili. anno. libr. 11. ita vt si ciuitas habet annonam non distribuendam inter pauperes, sed quam conseruat, vt obuiaret futuræ inediae, & contingat tanta vbertas, quod expediat forte propter vetustatem eam vendere, nec sit qui emere vellit, poterit

Resp. ordinare, quod quilibet ciuis teneatur emere certum quid de dicta annona plus & minus, secundum ratam patrimonij, ex dict. l. vni. quod dicit Bartol. se practicasse in ciuitate Perusij pro sale Reipub. vendendo, refert Ripa de peste. tit. de remed. ad confer. vbert. numer. 176. vbi inquit hoc intelligendum, vbi necessitas vendendi vrget. Secus si causa lucri & mercimonij ciuitas vellit grauare ciues: quia non posset. l. nec emere. C. de iur. delib. & ibi Rip. numer. 177. ex hoc inuehit contra Principes, qui causa lucri mercantur sal, & subditos compellunt illud emere pro numero capitum, nõ enim id iure agunt: quia angariant eos emere pluris quam valeat, quod est peccatum mortale, ob q̄ Papa & Metropolitanus possent interponere partes suas, & prohibere, nè de cetero maiori pretio vedatur, quã sit iustus valor. c. 1. de emp. & vend. & ibi alia Rip. in propositu asserit per ipsum videnda & per Principes, & consultores eorum

N . rum

## Commentaria ad leges

rum considerata, hæcque (vt ad propositum redeamus) procedant, vt etiam compellantur ciues emere partem etiam vetustarum, ne fiscus, vel Resp. detrimentum patiantur, ex. d. l. 1. C. de condi. in pub. hor. notat Decia. in. 2. tom. de delict. lib. 7. capit. 22. de fraudanti anno, nu. 23. vbi inquit Principes abuti dicta lege.

22 Ibi. *De que lo bolueran.* Sed an in frumento, vel in pecunia ad taxam erit restituendū si annus sit sterilis te cōmittit nouissimè Castillo in Politica correcto. libr. 3. c. 3. num. 72. cum seqq. & Ias. num. 4. Ripa. 10. & 11. in. l. 2. §. mutuū. ff. si cert. pet. & l. 8. & ibi gl. 1. tit. 1. p. 5. & l. 5. tit. 2. p. 5. Suarez in. l. post ré. 3. amplia. pag. 285. & in. §. antep. incipien. quærat. pag. 362. vbi an crescat æsti. ob Morã.

23 Ibi. *Sino lo hiziere sea a su culpa, y se le haga cargo dello.* Intellige, scilicet, depositarij, cum quo in proximis præcedentibus verbis loquitur: quod tamen intelligo procedere si ipsi depositario per prædecessorem suum, vel

per concilium ciuitatis sunt tradita instrumenta debitorum à quibus habet debita illa recuperare: secus verò aliàs, & ideo soleo ego consulere depositarijs ijs, vt requirant concilium, vt præbeat sibi instrumenta quibus cum debita illa recuperentur: aliter enim, quod non sit culpa eius, sed ipsorum de concilio: imò & itidem requiro, vt rationes exquirant à præcedente depositario, vt & ab ipso, & ab alijs debitoribus, ex rationibus captis resultantibus possit residuum & debita recuperari, sub dicta protestatione, sic enim remanebit depositarius requirens liber à pœna nostri text. aliter vero non.

### Caput Octauum.

1 *Præfectus annonæ decuriones, seu susceptores qui aliquid de publica annonâ conuertunt in proprios vsos, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut ex pecunia publica, vel ex frumento horrei quicquam mecati fuerint qua pœna plectantur. nu. 1.*

2 Pe-

2 *Pecunia publica negociantes, an debeat lucrum illud ab eis auferri. num. 2.*

1 **I**bi. *Incurran en pena de priuacion de sus officios, y lo bueluan con el quatrotanto.* Susceptores enim, & annonæ præfecti, qui aliquid de publica annona conuertunt in proprios vsus, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut ex pecunia publica, vel ex frumento publico, quicquam mercati fuerint, bonorum publicationis pœna plectitur. l. fin. C. de condi. iunpub. hor. libr. 10. licet alias pro furto sit imposita pœna arbitraria, ex l. fin. ff. de furt. Nam cum uti non debeat re ad alium vsus, quã destinatum ex l. Parhippum. & ibi Plate. C. de Curis. pub. libro 12. notat Pala. Rub. in repetitio. c. per vestr. notab. 6. §. 3. in fin. Nimirum si dicta pœna puniantur susceptores ij, & præfecti annonæ vsus non seruantes: quæ omnia notanda inquit Ripa de peste, tit. de remed. ad conseru. vber. fol. 18. num. 18. contra officiales, qui de pe-

cunia communitatis, & de frumento faciunt mercãcias: nam contra tales durissimè agunt iura, & acriter sunt castigandi. l. 2. C. de his. quæ ex pub. colla. illa non vsurp. libr. 10. Et vltra criminales pœnas, etiam Reipub. tenentur in quadruplum. l. 1. & 2. vbi Bartol. C. de ijs qui ex pub. ratio. pecu. muta. accip. libr. 10. facit tex. in. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administra. rer. ad ciuit. perti. & l. si. C. de cano. frum. vrb. Rom. libr. 11. & ex lege nostra priuationis officij, & quadrupli pœna imponitur. 2 <sup>†</sup>Sed dubitat Ripa vbi supra. numer. 17. an si tales pecunia publica & frumento publico negociantes lucrati fuerint, debeat lucrum illud ab eis auferri, & communitatis, vel annonæ publicæ, cuius sunt pecuniæ, vel frumenta applicari, & inquit Bartol. in. l. prima. C. de aur. pub. per secut. libr. decimo, per illum text. applicandum esse tale lucrum Reipublicæ, cuius erat pecunia, vel annonæ, cuius erat frumentum: vnde

N 2 qui

## Commentaria ad leges

qui tale lucrum tenet contra conscientiam facit, & licet idem Bartol. in. l. Titium, aut Mæuium. §. altero. versi. quo dixit. ff. de administ. tutor. aliud vellit, tamen in pecunia frumentaria & publica annona primam Bartol. opinionem inquit Ripa dict. numer. 17. esse tenendam. Tum, quia sic prohibitum reperimus: tum etiam, quia ad alium vsum, quam destinatum conuerti non debet, de quibus & agitur per Melsiam in pragma. panis. conclusionem. 1. numer. 67. & diximus latè in. l. 22. numer. 12. titul. sexto. libr. 3. supra.

### Caput Nonum.

**N**ecessitatis causa, an possint decuriones, vel prefectus annona, hoc est (hodie index ordinarius) aliqua de frumento horrei pecunie vè publica accipere. numer. 1. Et quando speciale mandatum consilij requiratur. num. 2. & 3.

**I**bi. Para ninguna necesidad. Processit à. l. 2. §. de frum. e-

taria. ff. de administ. rerum ad ciui. perti. not. Parla. libr. 2. rerum quotidian. cap. fin. par. 5. §. 3. nu. 39. pag. 229. in nouis.

**2** In eo. cap. 9. ibi. *Que no se pueda tomar dinero ninguno del posito para ninguna necesidad que se ofrezca. Prout & probatur ex. l. 1. & ex. l. fin. C. de frum. vrb. const. lib. 11. non enim debet in alios vsus conuerti, vt dictum est in præcedenti glos. & ex dictis iuribus probatur.*

**3** Ibi. *Saluo si iuuere especial comission para ello. Sed à quo habenda est hæc commissio, & dicendum est quod à Rege: quia eius est soluere legem, cuius est condere: & sic videmus quod ad mutuandum frumentum rusticis laboratoribus ad seminandum Regia prouisio petitur quotidie & datur à Rege & eius consilio, & aliter non eis mutuatur etiam ad hoc.*

### Caput Decimum.

**M**utuare triticum, hordeum, vel farinam, quando fieri potest per decuriones, & in-



1 *Et iudicē. nu. 1. cum limitatione. nu. 2.*  
 3 *De eadem re, Et de pœna contra mutuantē. numero. 3.*  
 4 *Dictio, so color, quomodo in iure intelligatur, numero. 4.*  
 5 *Noctis tempore non potest metiri frumētaria annonā, Et qua de causa. numer. 5. Et quando dicatur nox, numer. 6. Et eius partes. nu. 7.*  
 1 *Ibi. Que no se pueda prestar en dinero, trigo, ni cenada delposito. Non enim (vt dictū remanet) debet ad aliū vsum conuerti, quam ad deputatum, prout in pecunia fiscali disponit text. in. l. 1. & ibi gloss. sumpserit. & in. l. 2. C. de his qui ex pub. ratiocin. libr. 10. & in. l. 1. 2. & 3. C. de ijs qui ex pub. collata sunt. libr. 10. & facit illud quod inquit Fran. Mar. decisione Delphin. 40. numero. 3. quod vbi consuetum est dari præbendam canonis in specie, non debet dari in alium modum.*

2 *Ibi. Fuera de lo que dicho*

*es. Scilicet, in capit. 7. supra eod. cum panis est renouandus ob superabundantiam, vel ob vetustatem panis, & detrimentum eius, nè deterioretur in totum, & sit nullius effectus: nam in vnoquoque horum casuum mutuari possit, licet enim dictum capitulum. 7. solum ob abundantiam disponat, nè deterioretur panis, a fortiori idem erit si cœpit deteriorari & corrodi, cum sit tunc eadem & fortior ratio.*

3 *Ibi. Con el quatro tanto. Vt & in fiscali pecuniæ mutuatione disponit text. in. l. prima. C. de ijs qui ex pub. ratiocin. libro decimo.*

4 *Ibi. So color de dezir, que presto de su hacienda, o de otra alguna. Ponderandæ sunt dictiones illæ, So color, quæ licet vnica dictio videantur, sunt tamen duæ: nam illa, So, latinè sub, verificatur: & illa, color, est nomen latinum color coloris: & dictio illa sub, importat conditionem, nam idem est, quod, cum, vt probatur*

N 3 in

in capit. penult. extra de sent. excom. ibi, sub hac forma, & cap. extranmissa. de for. comp. ibi, sub debito fidelitatis, & ideo conditionem inducit. l. si cum hæres. vbi Bartol. & alij. ff. quando dies legat. cæd. l. causam. §. fin. ff. de manumif. Tradit Bartol. in. l. 1. colu. 4. versi. quero. quid de cõiunctione. ff. de conditio. & demonf. & in. l. Iulianus. in. 1. opp. eod. titul. & not. in. l. qui promisit. vbi las. numer. 1. ff. de condi. indeb. & per Paris. consi. 15. numer. 18. volumine. 2. & consi. 38. numer. 76. volu. 3. Allegat Tiber. Decia. respon. 1. numer. 28. volum. 3. & nomen illud color, capitur aliquando pro velamento, fucò, siue prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur, vt ex Iuuen. Satira. 6. probat Calepinus in suo dictionario. verb. color. ex quibus cum dictio illa sub, pro, cum, accipiatur, & conditionem importet: & nomē illud, color, figmentum, fucum, siue prætextum, manifestè colligitur, legem no-

stram velle, tunc mutuantem triticum, dum esset annonæ depositarius, vel deputator, aut præfectus teneri legis nostræ pœna, quoties probatur per denuntiatorem frumentum illud mutuatum esse dictæ annonæ, licet denuntiatus allegauerit & dixerit esse suum, vel alterius tertiæ personæ, cum in effectu non esset, sed annonæ, verumtamen, ad esse excusandum id allegauit, vt sub hoc quæsito colore prætextu, aut figmento se excusare posset, non vero, quia sic esset, qua de causa si denuntiator figmentum & colorem quæsitum non probauerit, probando quod ipse, vel tertia illa persona frumentum non habebant, quod mutuare possent, sed quod ex annonæ erat, erit denuntiatus excusandus à denuntiatione, quia actore non probante, reus si & nihil præstiterit, est absolvendus. l. actor. C. de probationibus. & in occultis, prout est figmentum, semper accipimus interpretationem in optimam partem,

tem, nisi contrarium probe-  
tur. c. si omnia. 6. quæstion.  
1. c. ex tuarum. de priuil. no-  
tat Menoch. de præsumptio.  
libr. 5. præsumptione. 37.  
numer. fin. Conditioque il-  
la figmenti & coloris, quæ-  
fiti probanda est per denun-  
tiatorem, quod si denuncia-  
tus probauerit, se tunc ha-  
buisse frumentum, quod  
mutuare posset, erit facilius  
absoluendus à denuntiatio-  
ne, & sic in facti contingen-  
tia, si bene recordor pro-  
nuntiaui, vel vidi pronun-  
tiatum, & iure optimo, quæ  
notanda sunt, & sunt ex meis  
considerationibus ad hanc  
legem factis.

5 Ibi. *Que de noche no se pueda  
medir pan ninguno del dicho de  
posito.* Ne detur causa & occa-  
sio furtis, dānisvé inferēdis,  
in frumento annonæ, noctur-  
no enim tēpore multa mala  
perpetrātur, agēsq; malè odit  
lucē, & cum lex occurrere ijs  
debeat nē fiant merito noctis  
tempore prohibuit frumenta-  
riā annonā metiri, vel aperi-  
ri: & dicitur nox, quando sol  
nō est super terrā. l. hæc ver-  
ba. ff. de verb. sig. vt & inquit

Bertachi. in reperto. ver. nox.  
& dicitur à nocēdo, quia hoc  
tēpus nocentibus aptū est, vt  
inquit Rebuf. in. l. ii. ff. de ver-  
bo. sig. pa. 28. ad fi. vbi inquit  
quod nox est vmbra terræ ⁊  
in solis oppositū diametra-  
liter extensa, ex quo inquit  
Bar. in. l. i. §. hoc autem. sena-  
tus consultum. ff. ad Sillania.  
quod mane ante solis ortum  
dicitur nox, & sero post per-  
fectū solis occasum, & ideo  
inquit idem Bar. in. l. aut tem-  
pus. ff. de pœn. quod quando  
testes deponunt aliquid esse  
factum de sero, vel de mane,  
debent adiungere ante or-  
tum solis, vel post, seu an-  
te occasum, vel post, vt sic ap-  
pareat an de nocte, vel de  
die sit factum: & hæc de  
nocte vera procedunt, de  
qua lex nostra est intelligen-  
da, non vero de ficta, vt quan-  
do sol adhuc est super ter-  
ram: sed tamen pulsata est  
campana, quæ ex statuto no-  
ctē interpretatur, vt quando  
statutum dixit, quod nox in-  
telligatur à primo sono cam-  
panæ, de sero vsq; ad aliam  
campanam de mane: quia  
post primum sonum cam-

panæ desero, dicitur nos tametsi sol nedum occiderit: ita Bart. in dict. §. hoc Senatus Consultum: noctis autem veræ supra declaratæ. Septem sunt partes, scilicet vespere, crepusculum, conticinium, intespestium, gallicinium, matutinum, & diluculum. Vesperum à stella Occidentali vocatur, quæ solem occiduum sequitur, & tenebras sequentes præcedit. Crepusculum est dubia lux: nam creperom dubium, quod est inter lucem & tenebras, significat: quia scilicet, dubium est, an sit vltima pars diei, vel prima pars noctis. Conticinium est, quando cuncti silēt: conticere enim silere est, iuxta illud Virgilij: Conticuere omnes intentiq; ora tenebāt. Intespestium est medium & inactuosum noctis tempus, quando nihil agitur, & omnia sopore quibeta sunt: nam tempus per se non intelligitur, nisi per actus humanos: medium autem noctis actus caret: ergo intespestiuū dicitur quasi sine tempore, id est sine actu per quem dignoscitur tempus. Gallicinium

propter gallos lucis prænuntios dictum est. Matutinum autem est inter abscissum tenebrarum, & auroræ aduentum, & dicitur matutinum, quia hoc tempore mane fit. Diluculum quasi dici parua lux iam incipiens, & præcedens auroram, quæ solem præcedit. Est autem aurora diei clarescentis exordium, & primus splendor aëris. Ita de istis septem partibus noctis loquitur Archidia. in. c. superueniens. i. quæst. i. & eo relato Mōtolonius in suo prōptuario iuris, ver. nox. in gloss. i. quæ hic inferui, vt præ manibus habeantur, & sciat, quando dicetur nox ad incurrendam nostri tex. pœnam, quæ lex cum sit pœnalis de vera & propria nocte, non vero de ficta est intelligenda.

Cap. Decimūsecundū.

**T**empus ad erogandum frumentum assignatur.

num. 1.

**I**bi. Dentro de treinta dias.

Idem tempus dabatur erogatoribus frumenti annonæ publi-

publicæ, vt erogati frumen-  
ti rationem redderent, & fi-  
dem facerent per scripturas,  
& instrumentum publicum,  
ex tex. in l. actuarij. C. de ero-  
gat. milit. anno. libr. ii. quem  
ad hoc allegat Rip. de pest.  
tit. de remed. ad conser. vber.  
nu. 180. & 181.

Ibi. *T despues del tiempo q̄  
se les huuere dado para emplea-  
llo. Rarò vel nunquam termi-  
nus pro hoc solet assignari,  
sed simpliciter, & sine termi-  
ni assignatione dantur num-  
mi pro emendo frumento  
in tali, & tali parte, & quia  
nescitur quot tempus erit  
ad hoc necessarium non so-  
let assignari & præfixi, ve-  
rumtamen postquam vene-  
rit tenebitur statim implere  
dispositionē nostri tex. si nul-  
lū emit frumentū, sed si emit,  
reddet rationē frumenti em-  
pti, vbi & quo pretio illud  
emit, & frumentum emptū  
introducetur in annonæ do-  
mū, prout solet fieri quotidie.*

Cap. Decimum tertium.

*S*usceptoris & thesaurarij  
officium annale debet  
esse, & rationem reddere te-

*netur. num. 1. Et plura de  
ratione reddenda tradun-  
tur. nu. 2.*

3 *Ecclesia an habeat tali tã hyp-  
otecam in bonis suorum  
debitorum. nu. 3.*

4 *Decuriones an possint, vt as-  
sistant in rationibus ali-  
quod salariū accipere. n. 4.*

5 *Pluries potest reuideri ratio  
susceptoris luci ad partis  
petitionem, sine officio iu-  
dicis, quod est notabile in  
hac lege. nu. 5.*

Ibi. *Cada año se tome quenta  
del dicho deposito. Officium  
enim susceptoris & thesaura-  
rij, debet esse annale, & non  
vltra, nisi consuetudo ciuita-  
tis, aut authoritas ordinis de-  
curionum illum per bienniū  
in officio permanere com-  
pellat. l. neminē. C. de susce-  
ptori. & arca. libr. 10. in casu  
tamen, in quo ob aliquam iu-  
stam causam per biennium  
illum depositarium remane-  
re compellat concilium ciui-  
tatis, eum refirmando, om-  
nes debent consentire, aliàs  
vno reluctante non valebit  
confirmatio, vt est text. vni.  
in iur. in auth. de defen. ciui.*

## Commentaria ad leges

§. si. quem singularizant per me allegati in. l. 4. tit. 5. libr. 3. supra. Itidemq; debet finito officio, antequam refirmatione dicta facta depositarius vtatur reddere rationem anni præteriti, nullus quippe qui ex aliqua administratione prætendatur debitor Reipublicæ potest ad honores in eadem ciuitate promoueri. l. rescripto. §. debitores. ff. de mun. & hon. Sed an elapso biennio refirmationis & electionis poterit ordo decurionum, + iterum susceptorem in officio refirmare, glos. in dict. l. neminem inquit quod non, & sequuntur DD. ibi. Nè videatur susceptor vsurpare dominium dicti officij, & bene probatur in. d. §. fin. in ver. modis omnibus, & ibi glos. ita expresse concludit, non enim debet ciuitas vlllo modo eligere officiales perpetuos, nisi vellent Remp. occupatam & oppressam teneri. l. 1. & per totum. C. de mun. & hono. non continuam, declarant rationes Abb. & Fel. in cap. si. de iudi. & quia omnis actus pro prima vice in-

telligitur. Est tex. & materia in. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signifi. & sic refirmatio & relectio pro prima intelligitur vice, finitoque officio depositarij & susceptoris annonæ, est ab eo exquirenda ratio administrationis, vt si fuerint inuenti in furto facilius queant recentem reintegrare iacturam, ex dict. l. neminem. & facit text. in. l. 1. C. vt omnes iudices, tam ciui. quam crim. in rationeque reddenda tenentur edocere quibus titulis suscepta dispensauerint, & quibus nominatim tradiderint, causam traditionis & diem demonstrando. l. 2. C. de nauicul. & ibi Bar. dixit nota. ibi esse tex. docentem modum conficiendarum rationum, tenenturq; susceptores ij & depositarij, statim soluere reliqua, & ad id præcisè cogi possunt: quia pecunia frumentaria moram solutionis non accipit. l. 2. §. frumentaria. ff. de administ. rer. ad ciui. pertin. adeo vt nõ habeant dilationem quatuor mensium, quæ iudicatis á iure conceditur, neque itidem possunt compensationis exceptio-

ceptionem opponere. l. 3. & l. si ex venditione. C. de compen. & l. 26. tit. 14. par. 5. & ea est ratio, quia pecunia frumentaria non debet in alios usus conuerti, vt semper ciuitas vbertatem seruare valeat, vt inquit expresse Alberi. in d. l. 3. per illum tex. in ver. neq; eius, qui statutis sumptibus seruit, ad idē est bonus text. in l. 2. §. ad frumenti. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. & text. in l. aufertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fis. & hæc sunt singularia in iure pro conseruatione vbertatis annonæ publicæ. Sicut & illud quod cōtra debitores, debitorum, exactio fieri potest fauore dictæ vbertatis conseruandæ. ex. d. §. frumentaria. secundum vnum intellectum, & facit tex. in l. in fraudem. §. multa. ff. de iure fis. & debitor ex hac causa ad vsuras semisses olim tenebatur. d. l. 2. §. si indemnitas. ff. de administ. rer. ad ciuit. perti. & si frumentariam pecuniā susceptor in usus proprios conuertisset ad centesimas vsuras cōueniri poterat. l. qui sine. ff. de neg. gest. Item & est

aliud singulare, scilicet, quod licet regulariter ciuitas non habeat tacitam hypothecā in bonis debitorum suorum. l. si mile. ff. admunicip. Traditur per gl. & Bal. in l. 2. C. inquit. cau. pig. ta. cont. tamen bona debitoris ex causa frumentaria sunt Reipu. tacitè hypothecata. l. Imperatores. §. item rescripserunt. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. & præcipuè bona susceptoris pro mala administratione: nam bona administratorum regulariter sunt tacitè obnoxia Reipub. secundum gloss. Abb. & Cano. in. c. 2. de pigno. Bal. in. l. pignus. ff. qui potio. in pig. hab. not. in. l. 2. C. de iur. Reipub. & in. l. fin. per text. ibi. C. de reb. ciuit. & sic bona magistratum, & decurionum sunt tacitè obligata pro mala administratione bonorum Reipub. Sicut & in tutore, & pro tutore probat text. in. l. pro officio. C. de administ. tut. vbi Alberi. & gloss. magn. in medio. l. 23. tit. 13. partit. 5. & Rebuf. in. 2. tom. constit. Fran. tit. de consti. reddituum. arti. 1. glo. 14. nu. 29. vbi

vbi per totam illam gloss. ponit casus in quibus tacita inducitur hypotheca, & in bonis administratorum publicorum, sed non priuatorum, esse hanc tacitam hypothecam inductam pro mala administratione tenet etiã Matth. Afflict. in consti. Sicil. libr. 3. rubr. 10. de nominibus baronum. num. 9. fol. 89. & Auenda. capit. 10. numer. 39. in fin. & cap. 12. nu. 16. ver. & an Respublica. lib. 2. Item & est aliud singulare, scilicet, quod pro mala administratione, & præstatione reliquorum, ex ordine primo conuenitur susceptor, nox eius fideiussor, & demum in subsidium nominatores si principalis & eius fideiussor non sint soluendo, ex. l. prima, & per totum. C. de peri. nomi. & ibi DD. & cum in subsidium teneantur, debet prius fieri excussio bonis debitoris & fideiussorum, ex dictis per Anto. Gom. tom. 2. var. c. 13. nu. 3. quorum debitorum annonæ publicæ bona capi possunt & distrahi, secundum formam traditam

in. l. 1. & 2. C. de capien. & distrah. pig. lib. 10. secundū glo. in. d. §. item rescripserunt. Et si ciuitas dubitauerit officiales esse de præda suspectos, poterit eis officium interdiceret, & alios subrogare. l. 2. C. de fru. Alex. & efficitur ineligibilis susceptor, qui fraudē in officio cōuictus fuerit cōmisisse. l. 2. C. de pala. sacra. largi. l. si cui, §. his. ff. de accusatio. & idem in notarijs & similibus, secundū Ioa. de Plat. l. si aliquid per illum tex. C. de susceptor. at si susceptores & thesaurarij laudabiliter officio functi sunt, à muneribus personalibus, immunitatē consequuntur. d. l. Imperatores. §. itē rescripserūt. Siconus, aliàs, Sitomocas, id est curam annonæ habentes, vt annotauit Alcia. lib. annotatio. c. 2. Sed an Ecclesia habeat tacitam hypothecā in bonis suorum debitorum, & dicendū est, quod non, sicut in ciuitate dictum est, vt tenet Bald. in. l. fin. C. de sacros. Eccles. & in rubr. C. de iur. fis. Alexand. l. si filiofamilias. §. fin. numero. 5. ff. solut. matrimo. & DD. in. l. 2. C.



2. C. qui potio. in pig. hab. las. in. §. item Seruiana. nu. 71. inst. de actio. & Bertachi. in reperto. verb. ciuitas. in prin. vbi quid in Ecclesia Romana, sed in administratore Ecclesie secus est, nam & in bonis eius inducitur tacita hypotheca pro mala administratione, secundum quod asserunt Canonistæ, ex gl. in. c. ex literis. extra. de pigno. & in. c. similiter. 16. q. 1. teste las. in. d. §. itē Seruiano. n. 76. vbi n. 73. differit quid in fisco, & quid in camera Episcopali.

4 Ibi. *Hallandose presente el Regidor, diputado pasado, y el presente.* Sed an rectoribus pro reuidendis rationibus ijs existētib⁹, debetur aliquod salarium. Dicendū est, q̄ non, nisi aliud sit consuetū, & tūc illud quod cōsuetum est solui pro salario, vel pro expensis soluetur, secundū Guid. Papę decif. Delphi. 68. n. 1. & 2. & faciunt dicta supra, scilicet, q̄ nō datur Rectoribus salariū, nisi foras mittantur.

5 Ibi. *Puedan reueer siempre estas quētas.* Limitatio singularis ad text. in. l. cum putarē. ff. famil. ercis. vbi habetur

diuisionē, ac cōputationem factam cum hærede, etiā putatiuo retractari non posse si iudicis authoritate facta sit & comprobata, secus si sine ea fieret, vt probatur in. l. 1. C. famil. ercis. secundum intellectum. glo. vltimum magis cōmuniter approbatum, vt inquit Menes. in. l. si post diuisionem. nu. 4. C. de iur. & fact. igno. & tradit nouissimè Ayora de partitio. 3. p. quæst. 6. 7. & 10. & sic etiam debet declarari. l. 8. tit. 4. libr. 3. fori. vel quoties competit beneficium restitutionis: tūc enim eo mediante retractari posset diuisio, & computatio rationum facta, etiam cum iudicis authoritate, secundum Menes. vbi supra. nu. 4. & ex. d. l. fori. probatur. Hæc tamen, quoad rationes annuæ frumētariæ locum nō habēt, ex tex. nostro. in eis enim etiam si adsit iudicis authoritas in redditione rationum possunt semper reuideri, siue ad partis petitionem, siue ex officio iudicis. De quo an rationes semel redditæ iterum reddendæ sint allegato calculi errore, verb. consilium

## Commentaria ad leges

lium. 4. Achillis de Pedroche. nu. 1. cum sequētib⁹. & Bart. Socin. confi. 149. lib. 2. Et notandum est, quod cum lex nostra loquatur per didictionē semper quæ perpetuitatem denotat, non cōsummitur in prima, neque in secunda reuisione: itidem & quia est legis dispositio, quæ semper duratura est, & in ea non consummitur in primo actu, sicut consummitur ex dispositioe hominis, secundum Tira. in. l. boues. §. hoc fermone. ff. de verb. sig. in. 9. limitatione. per totam.

### Cap. Decimūquartum.

**N**on potest pecunia publici horrei in alios vsus cōuertī, & duas assignat rationes & mouet quæstionē quotidianam. nu. 1.

**I**Bi. Ninguno pueda tomar de laqui adelante el dicho dinero, ni parte alguna del, aunq̄ pague los reditos. Lex nostra, in ijs verbis fundatur duabus rationib⁹. Prima, quia nō debet in alios vsus cōmutari pecunia publica, quam in eis ad quos destinatur: hæc autem

pecunia ad census redēptionē destinatur, ergo ad hoc & nō ad aliud debet applicari. Secūda ratio est, nē detur fraudib⁹ occasio si aliud permitteretur. Tertia vero est, & verior, & quæ ex text. nōo desumitur, scilicet, q̄ semper bona ciuitatis, vel annonæ huic eē sui obligata semper remanēt, sub hac obligatione interim, quod census nō redimitur, & sic ab eis peti potest census, & post debet ab illo qui nummos cœpit peti. & damna, & expensæ, ex inde sequuntur annonæ: ideo lex nostra hæc fieri prohibuit, non vero ex hoc q̄ esset illicitus talis contractus, sed potius licitus: nā si ego habēs censum imposedum super re mea volens verè illum redimere, accessit Petrus, & dixit, Præbe mihi hos nūmos, & ego redimam censum & interim soluā reditus decurrendos, licitè fieri potest, nē remaneat in dāno dominus horum nummorū, ex dictis per Syluest. in sum. verb. vsura. 1. nu. 22. & 23. & per Magist. Lopez in suo instructo. cōscien. 1. par. c. 213. pag. 523. col. 2. in. 4. conclu.

Nam

nam si iudicemus in hoc casu adesse damnum emergens, prout adest, in eo cōcurrunt requisita illud iustificans, de quibus dixi in l. 1. tit. 6. libr. 8. infra nu. 19. cum seqq. siue dicere quis uellet esse lucrum cessans, etiam hic cōcurrunt eius requisita, de quibus dixi in ead. l. 1. nu. 26. cum seqq. & refert Aragon. de iust. & iur. q. 86. art. 2. pag. 517. ver. his ergo iustificatur hic contractus, ut licitus sit: dum tamen uerè & realiter & non fictè habeatur pecunia illa pro redemptione illius census, cuius redemptio cessauit: quia amicus ille petijt, sibi dari, & quod idemnè serua-bit censualistam à principali sorte & censibus decurrendis, & ex dictis per Vegam in Sylu. casu. confi. libr. 1. casu. 181. & per Rebuf. in rep. l. vni. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. nu. 25. & in gl. verb. dupli. nu. 29. & Rolan. Valle. confi. 35. nu. 11. cum. 4. seqq. vol. 1. promissorque indemnitate ad sortem & usuras tenetur, ut per Deci. cōf. 551. num. 7. & ad omne interesse & lucrum, secundum

Alexand. confi. 32. vol. 4. & confi. 199. numer. 7. vol. 7. & dicta per me in l. 1. num. 24. tit. 6. libr. 8. infra.

### Cap. decimum quintum.

**P**œna contra transgressores huius legis interpretatur, & conciliantur plura iura. nu. 1.

**I**Bi. *Que todas las personas pecuniarias.* Intellige de expressis in capitulis huius pragmaticæ: nam in capitulis, ubi pœna non est imposita, si neq; per aliam iuris dispositionem reperiat expresse: ac imposita, erit pœna arbitraria cōtraueniens puniendus: quia ubi non definit, pœnam remanet in arbitrio iudicis, & cum arbitraria est pœna, si pecuniaria imponitur dimidia eius pars debet fisco applicari, ut diximus in l. 2. numer. 2. 3. & 4. titul. 26. libr. 8. infra. Et alia dimidia, *Para gastos de justicia, o obras pias.* Solet applicari secundum, quod iudici videbitur, & hæc dico nē intelligat lector legislatorem in hoc capitulo uelle, ut pœnae

## Commentaria ad leges

næ arbitrariæ iudex, sibi partem ferat, vel diuidat, secundum quod in hoc capitulo distribui iubentur pœnæ in præsentî expressè pragmatica.

### Cap. decimum sextum.

**I**UDICES Tenentur legem istam in executionem mandare, sub pœna ibi imposita. num. 1.

2 Constitutiones, seu statuta ciuitatis, vel populi, an sint ante confirmationem consilij Regis seruanda, bene interpretatur. nu. 2.

**I**bi. *Que las justicias tengan cuenta que esta nuestra ley sea cumplida y executada.* Sic etiã per. l. 2. C. de cond. in pub. hor. iniungitur iudicibus, vt curam habeant annonæ publicæ, & eius domorum, & faciunt verba legis. 3. C. nè sanctum Bap. reiteretur ibi, quæ omnia ista custodiri decernimus, vt nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coercitioni mandare, nisi ipse idem pati vellit, quod alijs dissimulando concesserit, & ijs tota ista lex & pragmatica

remanet satis cõmentata, ac declarata. Solum habens notare + pro complemento ad capit. fin. dum dicit, quòd ordinationibus, si quas populi habent contrarias huic legi & pragmaticæ, non debent eis vti, nisi prius reuideantur in consilio, & hoc tam in depositis factis à ciuitatibus & populis, quàm in relictis à particularibus personis. Etiam si Castillo in sua Politica. libr. tertio, cap. 3. 57. numer. aliud vellit circa annonas à particularibus personis relictas: nam idem quod in alijs ciuitatum lege nostra attenda esse credo, cum nemo possit facere quin leges in suo testamento locum habeant. l. nemo. delegat. primo, & quia lex nostra in hoc capit. generaliter loquitur, neque restringitur per proœmium eius, cum eius ratio generalis non debeat restringi ad deposita ciuitatum tantum, sed omnia deposita, quæ frumenti pro communi & publica vtilitate relinquuntur per particulares personas cõprehendit lex nostra.

Item

Item erit hic vnus casus specialis in quo ordinationes ac statuta populorum etiam cōcurrentia bonum eorum cōmune absque Regia confirmatione non sunt exequenda, quæ quidem specialitas, regulam videtur constituisse, in contrarium, in confirmationē meæ, & de iure nostro maximè Regio, verioris opinionis regulariter similibus statutorum obseruationem non requirere confirmationem Regiam, sed quia authoritati Regiæ & auditorum eius aliquantulum præiudicari videbatur, secūdum aliorum iudicium (nō verò secūdum meū) quia eorū sententia spectabatur declaratoria, an essent iusta vel non talia statuta, vt sic obseruari iuberētur sin minus tollerentur Regia provisio solet dari vt interim quod nō confirmātur nō obseruētur.

L. 6. tit. 6. lib. 7. & est capit. 9 8. Curiarū de Madrid.  
Anni. 1573.

1 Quia breuis est nō summaritur. num. 1.

## S V M M A R I V M.

1 Ordo seruandus in distributionibus & sisis faciendis & distribuendis inter vicinos populorum, hic apponitur.

**I** Bi. *La ley segunda de este titulo.* Vbi aliquadiximus, & lex nostra auget formam illius legis. 2. vt ad minus cum iustitia in his distributionibus faciendis adsint duo populi rectores. Sed videtur superflue disponere legē nostrā, duos ad minus Rectores debere adesse ijs distributionibus disponendo: nam cum illa. l. 2. hic relata loquatur in numero plurali, duorum numerum requirebat, ergo non erat necesse in præsenti legem cōdere super hoc: & reuera ita est, nisi superfluitatem hanc saluemus, ex eo, quod lex nostra pœnam addit contra facientibus imponendam, & ex hac additione superfluitas euitatur, vel quia lex illa. 2. iam in desuetudinē venerat, & pro renouatione eius lex nostra constituta sit, & de ijs sisis, & distri-

O

distri-

## Commentaria ad leges

distributionibus nouissimè,  
& latè tradit Castillo, in sua  
Politica de Corregidores, li-  
bro. 5. cap. 5.

Lex. 23. tit. 7. lib. 7.

**N**on indiget summario,  
quia litera legis eius mē-  
tem declarat. num. 1. Et  
casum in quo fuit aduo-  
catus contra iudicem de  
la mesta, tradit. nu. 2.

**3** Verba, esta sin embargo de  
apelacion, remissiuè de-  
clarantur. nu. 3.

### SUMMARIVM.

Defensæ per viginti annos  
incultæ & ad pastum so-  
lum locatæ, quæ ante dis-  
positionem legis præce-  
dentis non fuerint ruptæ,  
pro cultura earum nullo  
modo rumpi possint, sed  
subiaceant sub pœnis &  
dispositione harum legū,  
quod si in parte ruptæ sūt  
ante dispositionē dictæ le-  
gis præcedentis in illa par-  
te solum remaneant culti-  
uata: in cæteris verò par-  
tibus sint incultæ, & pro

pastu tantū locari possint,  
sub dictis pœnis.

**I**bi. *Agora sea antes de la fe-  
cha de la dicha ley, o despues.*  
Hæc est noua dispositio am-  
pliās habenas fratribus & iu-  
dicibus de la mesta, & coar-  
ctans dominis defensorum  
potestatē culturæ habitæ in  
dictis defensis, etiā cultiua-  
tis ante dispositionem legis  
præcedentis, sicut in dispo-  
sitis in cap. sequente.

In. §. Otro si. ibi. *Por auer-  
se rompido alguna parte della  
antes de los años que se decla-  
ra en la dicha ley antes desta, y  
que aquello que verdaderamē-  
te estaua rompido antes del tiem-  
po en ella contenido, se aya por  
rompido para que se pueda la-  
brar, y lo demas, &c.* Dispo-  
sicio hæc fuit facta \* post li-  
tem habitā cum iudice quo-  
dam de la mesta, & eius con-  
cilio in simili casu, vbi con-  
dēnati fuerūt reddere quod  
perceperant, secundū quod

D. Gutierrez, & ego infor-  
mauimus de iure superiori-  
bus iudicibus Pincianæ Chā-  
cellariæ, vt ipse in consilio  
21. deduxit in lucem, & in

fine

sine illius consilij asserit,  
& reuera illud erat de iure:  
nam vt ibi ex Abb. in termi-  
nis in consi. 71. nu. 2. vol. 2.  
refert, ager vel fundus in par-  
te redactus ad culturam, non  
pōt dici rūpi, neq; de nouo  
coli in altera parte inculta ip-  
sius fundi, q̄ quidē. l. nostra  
voluit corrigere & corrigit,  
& dura lex est, sed seruanda  
sicut de. l. prospexit. ff. qui &  
à quib. dixit Bal. ibi, & leges  
has iussum est seruari & pro  
earū obseruatione prouisio-  
nes in regio cōsilio concedi  
per. c. 29. Curiar. de Madrid.  
an. 1573. q̄ quidē capitulū li-  
cet in nostra Recop. nō sit in-  
sertū, dabūtur nihilominus  
dictę prouisiones si petātur.

3 Ibi. *Sin embargo de qualquier  
apelaciō. Vide quæ diximus  
circa hęc clausulā, in tit. de los  
juezes entregadores. lib. 3. sup.*

Lex. 13. tit. 8. lib. 7.

1 *Tribus mensibus elapsis non  
est procedendū contra vena-  
tionem, & piscationem aucu-  
pium, & rationem legis tra-  
dit. num. 1.*

2 *Et quis teneatur probare ela-  
psos esse hos tres menses de-*

*nuntiator, aut denūtiatus.  
num. 2.*

S V M M A R I V M.

Tribus mensibus elapsis nō  
est procedendū ad execu-  
tionem legum prohiben-  
tium aucupium venatio-  
nem & piscationem.

1 Ibi. *Ordenamos. Iustissima  
lex est, auferens & tollens  
vexationes & molestias, quæ  
quotidie inferebantur per iu-  
dices miseris rustitis in tēpo-  
re, in quo defendere se nō po-  
terant, vel quia testes quibus  
probare debebāt suā defen-  
sionem mortui tunc erāt, cū  
denūtiatio contra eos inter-  
ponebatur, vel quia & si viui  
erant non recordabantur, &  
plerumq; pro vnomet deli-  
cto bis & amplius condem-  
nabantur: quæ quidem om-  
nia cessabunt ex legis nostrę  
dispositione.*

2 Ibi. *Passados los tres meses.  
Sed quis tenebitur probare  
esse necne lapsos hos tres mē-  
ses, denuntiator, an vero de-  
nūtiatus? & sine dubio teneo  
denūtiatori incumbere pro-  
bationem, quod tres hi men-*

O 2 ses

ses non sint elapsi, dum denuntiatio interponitur: nam cum sit fundamentum suæ intentionis iustificare denuntiationem, eam non iustificat nisi probet se intra tempus triū mensium denuntiasse, & sic eo non probante, est omnino denuntiatus absolueudus: item quia quando aliquid est prohibitum fieri vno tempore, & in alio tempore permissum, ille qui dicit Petrum cōtrauenisse prohibitioni, debet probare in tempore prohibito id fecisse: aliter enim non præsumitur, sed totum contrariū, ex notabili doctrina Bartol. in l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de nou. oper. denunt. quam totum mundum sequi testatur ibi Ias. & alibi pro eius exornatione alios allegauimus, sic & in nostro casu, cum lapsis tribus his mē-sibus sit liber denūtiatus, omnino tenetur denūtiator probare tēpore denuntiationis nondum fuisse lapsos: aliter enim denuntiatus, & si nihil præstiterit, est absolueudus. Præsertim cum l. nostra tūc demum præbet potestatem

denūtiādi quoties hi tres mē ses nō sunt elapsi, non vero postea, imo & iudici adimit l. nostra potestatem procedēdi lapso dicto tempore, dum dicit, *no se pueda proceder de oficio, ni por denunciacion.* Verbum enim, pōt, præcedēte negatiua, impossibilitat & denegat potentiam, vt diximus in l. 2. tit. 3. lib. 5. num. 29. & sequent. vbi asseruimus contrariū factū esse nullū & nullius effectus, & cōsequenter neq; iudex potest procedere lapsis tribus mensibus, neq; aliquis denuntiare, & sic incumbit denutiatori probare denuntiationem intra hoc tēpus fuisse factā: aliter enim reus absoluetur, & hæc est veritas, quantumuis aliqui iudices auari & immemores salutis terræ aliud male obseruent.

Lex. 14. tit. 7. lib. 7.

1 *Sale maris salietur, sub legis pœna. num. 1.*

S V M M A R I V M.

Piscaria cum sale maris salietur, sub nostrę legis pœnis.  
Ibi.



**I** Bi. *Mandamos.* Processit hæc lex ad tollendas illorum cautelas, qui cum aqua maris piscaria salebāt, ut plus pōderis essent, & processit etiā pro cōseruatione horū piscariorum, quæ quidē faciliter cum maris aqua corrumpuntur, & itidē pro cōseruatione ea comedentium, ut ex.l.nra apparet.

Lex. 5. tit. 12. lib. 7.

1 *Portātes vestes vetitas cum rigore huius legis plectendi, sunt. num. 1.*

2 *Properci carmina referuntur notabilia quidem. nu. 2. & plura de mulieribus vestimentis traduntur. nu. 3.*

4 *De eadem re. num. 4.*

5 *Pœna huius legis insinuatur contra portātes vestes. nu. 5.*

**SUMMARIVM.**

Iudices cum rigore pœnas exequantur contra portantes vestes prohibitas.

**I** Bi. *Del exceso de los trages y vestidos.* Quibus quidem vestibus pretiosis, etiam ho-

die vtuntur omnes quilibet hi sint, & maximè mulieres, ita quot leges nostræ nō seruantur, nec exequuntur, sed potius præbent incentiuum faciēdi in cōtrarium, fortassis enim si non priuarentur vestibus quibuslibet vti, eis non vterentur: est enim priuatio causa appetitus, ut inquit Tiraquel. in. l. 8. cōnub. num. 19. & in l. 9. num. 31. Semel tamen factis legibus exequendæ sunt, præsertim ille moderātes vestium sumptus: nam ut ait Aristotel. libro secundo Politic. capit. 7. quin etiam vniuersa Respublica malè se habet, vbi fœminarum sumptus non cohibētur, neque enim seipsas dūtaxat, sed & parentes, filios, fratres, & maritos perdūt, ac totam ferè Rempub. secū trahunt in perditionem, timendumq; quidem est nè illa iā redierint tempora \* quando Propertius cecinit.

*Matrona incedit census inducta nepotū,  
Et spolia opprobrijs nostra per ora trahit.  
Nulla est poscendi, nulla est reuerētia dādi  
Aut si qua est, pretio tollitur ipsa mora.*

Ex quo etiam Biesius lib. 3. de Republi. dicit: oportet,

O 3 vt

vt quam cōmodissimè mini-  
moq; pretio tota ciuitas vi-  
uat: oportet vt ciues in sup-  
pellectibus etiā atq; vestibus  
reliquisque rebus omnibus  
suam teneāt mediocritatem,  
nulla namq; Resp. nisi fruga-  
lis fuerit vnquam beata, iam  
vero nō sat est habere vestes  
innumeras, atq; molissimas  
nisi plurimis futuris, iterum  
3 exasperētur,\* quid ego nūc  
mūdōs muliebriū recenseā,  
quibus magna ex parte Rei-  
pub. pecunia cōtinentur? ne-  
cesse est ab vltimo terrarū or-  
be quærere gemmas, quibus  
scilicet pretiosarū istarū fœ-  
minarū in explebilem inna-  
nis ostentationis libidini ex-  
pleamus: at ineptissimè su-  
mus, qui nō videmus hoc pa-  
cto nimis onerari præmiq;  
respublicas, aut si videmus  
& negligimus scelerati etiā,  
& nefarij sum⁹, & sic inquit  
Cæsar de Bel. Gallico, addu-  
cūtur iam pridē inutiles mer-  
ces quibus adolescentes oc-  
tiosi, & vani & mulieres le-  
ues, & fatuæ facilè decipiun-  
tur: nam vt præter eam plu-  
mas, telas, picturas, & mille  
talia, quid dicam de vestibus

istis, quibus Hispani iuuenes  
alioqui futuri fortissimi effe-  
minātur, quibus fœminę ma-  
gno suo et parētū et marito-  
rū malo impudētiores fiunt,  
vt hæc & alia affert Siman.  
de Repu. lib. 9. c. 27. et inquit  
Tiraq. in. l. 3. cōnub. nu. 9. q  
Pythagoras Samius Croto-  
nij, fecit vt matronæ auratas  
vestes, & alia ornamenta ve-  
lut instrumēta luxuriæ depo-  
nerēt, ea quę omnia delata in  
Iunonis eadē cōsecrarēt, pro-  
ferentes, vera ornamenta ma-  
tronarum pudicitiam nō ve-  
stes esse, sed vē temporibus  
istis in quibus nulla est, nec  
fuit vnquā inuentio talis or-  
dinādi se mulieres, imò &  
homines, sicut nunc, de qui-  
bus & multa dixit Petr. Gre.  
in Syntagm. iur. lib. 9. c. 19.  
per tot. & Castillo, in Politi.  
de Correg. lib. 2. c. 17. num.  
148. cū seq. & nos diximus  
alia in. l. 1. num. 5. tit. 12. lib.  
7. supra.

4 Ibi. *Con que en quanto a  
traer los vestidos y trages que  
estuuieren hechos.* Hic habes  
text. probantem, sumpto ar-  
gumento à permissione, &  
expressione, quod vestes fa-  
ctæ ante

Etæ ante legis prohibitionē censentur prohibitæ deferri nisi aliud dicatur, vt hic dicitur, & ita assererat Bal. in.l.omnes populi.ff. de iust. & iure.& eū referens Hippolyt.in practic. §.secunda. num.56.

5 Ibi. *So pena de quatro años de destierro.* Occurrendum enim est ( vt inquit Biesius, de Repub.lib.3.) bonis legibus malis moribus: & puniēdi sunt sartores & sarcinatores seuerissimè, si quid in vestibus contra leges fecerint:& vt fœminarum licentia reprimatur. Expediret fortasse, vt lex fieret cōtra mulieres nobiles & illustres addito præmio, quia honestatis, molestia, atque frugalitatis exemplum cæteris omnibus esse debent: ac simul permetteretur vsus illarum vestium plebeis fœminis & meretricibus, tunc enim infames fierent vestes illæ, atque ab omnibus repudiarentur, nulla enim esset mulier, quæ nobilis & honesta æstimari non vellet, cōtra, cū lex nobiles excipit, rixarū & iniuriarū est causa,

& vix ad effectū perducipoteat, hæc Biesius vbi supra. Sed vestium damna penes futorem vel fullonē ad quē pertineāt verè per Petr. Gregor.in Syntagma, lib.18. capit.26.num.4.

Lex. 6. eiusdem. tit.12. libro.7.

1 *Quia brevis est nō indiget summario. num.1.*

#### S V M M A R I V M.

1 Nullus tegumentum portet super bestia equina, exceptis mulieribus, sub nostri text. pœna.

**I**Bi. *Mandamos, que agora y de aqui adelante.* Idem eademmet lege fuit dispositū per.l.6.titu.19.lib.6.supra vbi per errorem fuisse appositā credo, & sic in posterum non inseretur ibidem, quia esset superfluè apposita.

Ibi. *Aunque no sea suyo.* Nisi hoc lex nostra expressisset alienum non amitteretur, secūdum quod diximus in.l.25.tit.18.num.19.in fin. cum.3.seq.lib.6.supra.

O 4 Lex.

## Commentaria ad leges

Lex. 7. eodem tit.  
12. lib. 7.

- 1 Per sex anni menses permittitur equitare in equis cum tegumento. numero. 1. cum aliquibus ampliationibus, & limitationibus. nu. 2.

### S V M M A R I V M.

- 1 In sex anni mensibus hic declaratis permittitur equo ambulare tegumento super eo imposito, & cuius formæ esse debeat tegumentum hoc.

- 2 **I**bi. *Tenemos por bien.* Limitatiua est legis præcedentis, quæ tantum de bestiis equinis loquebatur ad differentiam legis sequentis, quæ de mularibus bestiis loquitur.

*Ibi. Con que mandamos, q̄ esto no comprehenda a las mugeres,* quæ quidem ex verbis istis, & ex similibus in fine legis sequentis positis earum dispositionibus non comprehenduntur, cum exceptio firmet regulam in contrarium.

Lex. 8. eod. tit. 12. lib. 7.

- 1 *Mularibus bestiis deambulare personis ecclesiasticis cum tegumento permittitur, similiter graduatis in Vniuersitatibus approbatis. nu. 1. & 2. cum aliquibus declarationibus. num. 3.*

### S V M M A R I V M.

Prohibetur itidem in bestiis mularibus ambulare cum tegumento, nisi in personis, & casibus hic permisis, & in lege sequente, quæ est nostræ declaratoria.

- 1 **I**bi. *Ansi mismo mandamos: ansi mismo* Latinè, est item, quæ est dictio repetitiua similiu, vt inquit DD. in. l. in repetendis, de leg. 3. & cū per verbū, *mandamos*, & verbis prohibitiuis loquatur lex nostra respicit prohibitionē. l. 6. præcedentis, quæ in bestiis equinis loquebatur, vt idem sit in bestiis mularibus, secundum quod hic proponitur, & prouidetur.

Ibi.

Ibi. *En la ley antes desta.*  
 Quæ est. 6. adde tu, & in lege sequente. Nam in proxima, ac præcedente lege nullæ personæ exceptatur, quæ possint per totum annum tegumenta trahere in bestiis equinis, sed in. l. 6. mulieribus permittitur, & in. l. sequente, \* hominibus literatis, & graduatis in bestiis mularibus sexus fœmini, & ficalijs personis non censetur promissum.

Ibi. *Ni en mula con gualdrapa.* Non est enim iniuriosa lex hæc prohibens equitare super mulas cum tegumento, maximè cum respiciat publicam vtilitatem imminente bellorum necessitate, & equitandi exercitio super equos, vt in simili inquit glos. *mas.* in. l. 1. titu. 21. partit. 2.

3 Ibi. *No en machos,* exceptio hæc omnes personas supra memoratas & exceptas etiam comprehendit, dū tamen nō sint mulieres, hæc enim & in mulis, & in mulabus possunt per totum annum equitare sine pœna cū tegumento super eis impo-

sito, & super el sillon, o angarillas que llevarẽ puestas sobre la tal mula, o macho.

Lex. 9. eodem tit.  
 12. lib. 7.

1 *Non summatur, quia facilis est & aliqua tradita fuerunt, in num. 2. legis præcedentis. num. 1.*

SUMMARIUM.

1 Literati graduati gradu licentiaturæ ad minus in qualibet sciētia possunt equitare per totum annum super mulabus cum tegumento super imposito.

Ibi. *Tengopor bien.* Est limitatiua dispositionis principalis legis præcedētis, & ampliatiua exceptionis ibidem positus circa monachos, & ecclesiasticas personas, vt idē fit circa personas literatas gradu licentiaturæ ad minus insignitas in qualibet scientia, & in qualibet vniuersitate approbata huius Regni, vel extranei.

50 Lex.

## Commentaria ad leges

Lex. 10. eodem tit.  
12. lib. 7.

- 1 *Quibus modis tegumenta  
facienda, & portanda  
sint. num. 1.*

### SUMMARIVM.

- Prohibet lex nostra tegumē.  
1 ta, & alia portari cum re-  
bus hic designatis, sub pœ-  
na harum legum.

**I** Bi. *Ni de paño.* Intellige  
quæ sit munita cum serico,  
vt designatur in verbis  
sequentibus, *con terciopelo, ni  
passamano.*

*Ibi. Ni freno ni copas,* vt in  
toto titulo nulli licere, in fre-  
nis. lib. 11. prohibitum repe-  
rimus.

*Ibi. En estas leyes.* Quæ in-  
feruntur in. l. 6. supra eodem  
& in sequentibus legibus ap-  
probantur.

Lex. 16. tit. 18. lib. 7.

- 1 *Ordo inter cerarios habenda  
describitur. nu. 1.*

### SUMMARIVM.

- 1 Ordo habendus per cera-

rios in labore ceræ dispo-  
nitur in præfenti.

**I** Bi. *Mandamos.* Declarat  
dispositionē leg. 8. istius-  
met tituli, & auget pœnas  
illius legis contra facienti-  
bus impositas, & ibi alia di-  
ximus, quæ esset superfluum  
hic referre.

Lex. 14. tit. 1 lib. 8.

- 1 *Judices gabellarū nō pos-  
sunt depositum facere pe-  
nes conductores, neq; eo-  
rum administratores. nu-  
mero. 1. & 2.*

### SUMMARIVM.

- 1 *Judices dati super redditibus  
Regijs nullum deposti-  
tū cōdemnationum per  
eos factarum faciant pe-  
nes conductores dictorū  
reddituum, neque penes  
eorum administratores.*

**I** Bi. *Que se dā.* Intellige ad  
petitionem conducen-  
tiū redditus Regios, vt  
ex supplicatione huius capi-  
tuli colligitur, & ex disposi-  
tione

tione nra legis decerpitur: maximè ex illis verbis, y no en los mismos arrendadores: pò derando dictionem illam, mismos, quæ est ac si diceret, y no en los dichos arrendadores: & sic manifestè colligitur, de ijs conductoribus supra legislatorem locatū fuisse, vt ad petitionem eorum sint tales iudices prouisi, & id etiã colligitur ex l. 15. frequente, quæ de ijs iudicibus dandis dictis conductoribus loquitur.

Ibi. *Y no en los mismos arrendadores.* Iustè statutum, nè si aliter fieret esset occasio nouarū litiū in recuperandis dispositis factis in personis cōductorum, & suorum administratorum.

2 Ibi. *No se ponga condicion contraria a esto.* Prout solebat fieri, vt apparet ex supplicatione legis supra proximè in originali eius inserta.

Lex. 15. tit. 1. lib. 8.

1 Iudices dandi conductoribus reddituū Regionis per quod tempus possunt concedi, & per quem

nominari, & eius expensis. num. 1. & 2.

S V M M A R I V M.

1 Iudices dandi cōductoribus reddituū Regionum per quod tempus possunt concedi, & per quem nominari, & cuius expensis,

2 Ibi. *Y este depositen los arrendadores que le pidieren.*

Nam ei incumbere debet onus soluendi salariū, qui ex concessione petiti & concessi iudicis præterdit commodum reportare: nam qui sentit commodum, debet & damnum sentire, ex regula iuris, neque est ferendus is, qui lucrum quidem amplectitur: onus autem ei annexū contemnit, vt inquit Iuriscōsult. in l. vni. §. pro secundo. C. de cad. tollen.

Leges. 19. & 20. tit. 2. libro. 8.

S V M M A R I V M.

Ordo habendus cum conuersis ex genere Mauro-

O 6 rum

## Commentaria ad leges

rum Regni Granatæ, qui in has alias partes nostri Regni fuerunt distributi, & cum illis, qui ex dicto genere se vocant Christianos veteres, proponitur in ijsce duabus legibus.

De hac lege facta in anno 1572. meminimus in l. 8. tit. 9. num. 9. lib. 3. supra & hæc eiectionis huius gētis à Regno Granatæ potest dici secunda respectu illius, quæ fuit prima cum à toto Regno fuerunt eiectionis nisi se ad fidem conuertissent: licet hæc fuit generalis, illa vero nostræ legis particularis ab illo Granatæ Regno, ob rebellionem ibidem ab eis commissam, quæ fuit ann. 1569. & 1570. quod ex historijs factis & faciendis latius discutietur & narrabitur.

### Lex. 13. tit. 7. lib. 8.

*Pœna ludentium augetur,  
& ad quem sit facienda  
& in quo casu repetitio.  
num. 1. & 2.*

S V M M A R I V M.  
Augmentatur pœna luden-

tium, & ampliatur dispositiones legum præcedentium circa ludentes & tabularios, & applicantur pœnæ.

**I** Bi. *Mandamos.* De hac lege videnda sunt, quæ diximus in fine. lib. 8. huius nostræ Recopilationis, quæ hic pro nunc inserere esset superfluum.

*Ibi. Con. que esto no exceda de cinquenta ducados.* An ista verba sint referenda ad illud duplum, quod cum lucro iubet lex nostra restitui, ita quod lucrum sit integre restituendum, & duplum etiam dum tamen non excedat quinquaginta ducatos duplum istud, vel lucrum & duplum in simul non debet excedere quinquaginta ducatos, dubitabile est, nam si lucrum est maioris valoris quinquaginta ducatorum fieret damnum, si lucrum & duplum eius non excederet quinquaginta ducatos: pro alia vero parte lex nostra iubet, lucrum integre reddi cum duplo, dummodo istud non excedat quinquaginta ducatos, ergo indefinita illa.

istud



illud lucrum, & duplum cōprehendit, præsertim cū ex lege nostra denegetur repetitio amissorū per denti, cum ergo non possit repetere lucrum illud & duplum eius in pœnam apponitur, ergo quinquaginta ducati lucrū & duplum comprehendant, & hæc verius videtur, vt dicam in glos. sequente.

<sup>2</sup> Ibi. *Y el que perdio no lo pueda repetir.* Videntur hæc verba esse contraria verbis præcedentibus. *Y el que ganò buelua enteramente la ganancia,* sed cui debet reddi nisi per denti: verbum enim, *buelua,* præsupponit habitum, ergo illi qui perdidit debet reddi: in verbis autem nostris, *y el que perdio no lo pueda repetir,* denegatur per denti repetitio, igitur repugnantiam inter se continent dicta verba, & certè nisi priora verba intelligas, quod iudex ex officio possit iubere restitui lucrum: pars autem perdens illud repetere non possit, omnino dicendum est, quod cum ex dicto versiculo. *Y el que lo perdio no lo pueda repetir,* denegetur per

denti omnino restitutio: illa priora verba. *Y el que lo ganò, buelua enteramente la ganancia con otro tanto,* intelligenda sunt, quod lucrum & duplū illud ipsius lucri sit reddendū in vim pœnæ, & applicandum per tertias partes cameræ, iudicis, & denuntiatori, & secundum hoc, lucrum & duplum eius non deberent cumque excedere quinquaginta ducatos, sed ad eos reduci in vim pœnæ, & sic declaranda & intelligenda sint illa: alia verba sequentia, *con que esto no exceda de cinquenta ducados,* & hos credo esse veros sensus ac intellectus nostrorum verborum.

Lex. 14. tit. 7. lib. 8.

#### SUMMARIUM.

Dispositum per leges Regias, circa ludos taxillorum, seruandum est in ludo chartarum, *bueltos,* dictarum.

Ibi. *Por las leyes de nuestros Reynos.* Quæ sunt supra isto titulo.

Ibi.

## Commentaria ad leges

Ibi. *Que llaman los bueltos.*  
Etiam stante hac lege video  
permitti ludum chartarum  
vocatū, *presa y pinta*, qui meo  
videri, idem importat, *que*  
*los bueltos*, quoniam vertun-  
tur, & quam plurimi nummi  
hoc sicut alio ludo perdun-  
tur, & sic eodem modo esset  
hic prohibendus, sicut, *el de*  
*los bueltos*.

### Lex. 15. tit. 7. lib. 8.

- 1 *Pœna imposita officiali-  
bus ludentibus, etiam in-  
tra summā permissam  
in diebus laboris, impo-  
nenda est mercenarijs,  
bene declaratur. nume-  
1. §. num. 2.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Pœna imposita officialibus  
ludentibus, etiā intra sum-  
mā permissam in diebus  
laboris, imponenda est  
mercenarijs eisdem dieb<sup>9</sup>  
ludentibus intra eandem  
etiam summam.*

Ibi. *Que las leyes.* Quæ est. l.  
14. §. 2. istiusmet tituli &

lib. in fine nostri tituli, vbi di-  
citur. *Vease la ley final deste  
titulo*, debet dicere. *Vease la  
ley treze.* Quoniam cum hic  
versiculus insertus fuit in  
fine nostri tituli, erat hæc. l.  
13. lex finalis, tamen ex ad-  
ditis post legibus, iā non est  
finalis lex, sed. 13. vt dico.

### Lex. 8. tit. 11. lib. 8.

- 1 *Aegyptiani in nostro Re-  
gno, siue homines, siue  
mulieres non habentur  
cum aliquibus amplia-  
tionibus & limitationi-  
bus. num. 1. §. 2.*

### S V M M A R I V M.

- 2 *Aegyptiani in nostro Reg-  
no, siue homines, siue mu-  
lieres non vagentur, & va-  
gatim ambulent, sed in  
vno populo viuant, & ha-  
bitent cū familia perma-  
nentes, & quod nullam  
rem vendant, nisi secun-  
dū quod hic disponitur,  
sub pœna furti.*

2 Ibi. *Se guardē las leyes.* Quæ  
sunt. 11. 12. &. 13. istius  
tituli,

tituli, vbi dixi, quod etiam si vicinitatem præbeant in populo non sunt in Regno ferendi, neque admittendi obrationes & causas per me ibidem expressas, quæ verè contingunt, sed cum qualitatibus, hic requisitis in rebus vendendis sustineri possunt hæc leges: nam si seruantur pauci aut nulli in Regno existent, vel habitabūt, prout iam non habitant in multis partibus, & non sine magno commodo & securitate locorum, ac bonorum ibidem commorantium.

**Lex. 50. tit. 13. lib. 8.**

- 1 *Iudices fraternitatis obseruent ordinem in iudicialibus, quæ iudicibus, los Adelantamientos obseruant. num. 1. §. 2.*

**SUMMARIUM.**

- 1 Iudices fraternitatis seruent ordinem, quē iudices de los Adelantamientos, seruāt in captione delinquentiū, & factione informationum, & recuperatione salariorum, & expensarum, & iurium.

I Bi. *En el proveer receptores.* de quibus in. l. 67. cū seq. aliquibus. tit. 4. lib. 3. supra.

Ibi. *En prender los culpados.* De quibus in. l. 28. eod. tit. 4. & lib. 3. supra.

2 Ibi. *Derechos y salarios.* De quibus in. l. 31. 43. 53. 65. & 71. d. tit. 4. & lib. 3. supra.

Ibi. *De los adelantamientos.* De quibus est tit. 4. d. lib. 3. supr.

**Lex. 51. tit. 13. lib. 8.**

- 1 *Iudices fraternitatis leges Regias in procedendo seruare debent. nu. 1. §. 2.*

**SUMMARIUM.**

- 1 Iudices fraternitatis tenentur in subscriptione iurium suorum seruare ordinem traditū per leges Regias alijs iudicibus ordinarijs & tabellionibus.
- 2 Ibi. *Lo q̄ por n̄ras leyes, quæ est. l. 2. §. fi. tit. 27. lib. 4. supr.*

**Lex. 6. tit. 16. lib. 8.**

- 1 *Non indiget summario.*

**SUMMARIUM.**

Nouum ordinem & nouam formam ponit lex nostra circa remissionem delinquentiū Castellæ ad Lusitaniam, & e contra.

Et est

**E**T est salubris & iusta lex si seruaretur, sed vereor eius obseruationē, & sic plura delicta remanent impunita, sed fortassis nunc obseruabitur, cum vtraque Regna sint hodie sub eodem Principe, & Rege.

**Lex. 7. tit. 19. lib. 8.**

*1 Plura in hac lege de vestibus & famulis meretricum traduntur. nu. 1. 2. & 3.*

**SUMMARIVM.**

- 1** Publicę mulieres ex meretricio quęstum habentes nō induantur vestibus religiosis, neq; famulas habeant minores. 40. annorū, neq; secum deferant scutiferos, vel ad Ecclesias, vel alia loca sacra portēt strātū, vel res hic designatas sub pœnis cōtentis in hac lege.
- 2** *Bi. Ni otros abitos ningunos de religion.* Non enim religiosa publicis mulieribus cōueniunt, neq; vestis honesta cum impudicis & inhonestis moribus, licet enim vestis nō faciat monachū, non tamen est decens, vt illa, quę mere-

trix est, vestib<sup>9</sup> pudicis & honestis mulieribus cōpetentibus vtantur, & habitu religioso velint suas operire immūditias, & inhonestates.

*In. S. 2. ibi. t. Otro si, porq̄ cō su exemplo no se criē facilmete otras.* Nam impudicę mulieres non solum sua inhonesta vita sibi nocēt, sed & suo malo exemplo alias ad impudiciā trahunt mulieres, quę fortassis honestę forent sine earum conuersatione, vt latissimē & bene trahit Tira. in l. 16. connubi. nu. 14. cum sequent. pluribus, vbi nu. 25. inquit, mulieres impudicas id maximē cupere, vt cęterę omnes sint sui similes, & sic iustē lex nostra iubet nē famulæ harum meretricum sint iuuenes, sed ætatis maioris. 40. annorum ad minus, de quibus meretricibus & vestibus earum multa dixit Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, lib. 10. cap. 2.

**Lex. 9. tit. 19. lib. 8.**

*1 Pœnas impositas contra maritos consentientes uxores suas impudicas esse, auentur.*

num. i. *Et quod requiratur  
mariti cōsensus interuenis-  
se. num. 2. Et quomodo pro-  
betur. num. 3.*

## S V M M A R I V M.

1 Augēt lex hęc pœnas impo-  
sitas contra maritos con-  
sentientes vxores suas im-  
pudicas esse.

2 **I**bi. *Por precio consintieren,  
& ibi. O de otra qualquier  
manera induxeren, o atrageren  
a ella.* Notanda sunt verba  
hęc, vt dicta demum intelli-  
gas maritum teneri pœna  
nostræ legis, quoties pretio  
cōsentit, vel allicit vxorem  
ad hoc, ita vt consensus ma-  
riti probāndus sit, & quidem  
verè, vt diximus in. l. 2. num.  
1 2. cum sequentibus, istius  
tituli: nam in dubio pro ma-  
rito præsumendum est non  
consentire: tum quia delictū  
non præsumitur nisi probe-  
tur: tum etiam, quia homo  
animal zelotypum est, vt est  
testis Homerus, lib. 7. Odif-  
seæ, non multo ante finem,

valdè enim zelotypia regnat,  
vt & plura dicens, inquit Ti-  
raq. in. 16. l. connub. num. 2.  
ergo mirum non est, si non  
consentiat alium potiri re  
sua, valde & mirum si con-  
sentiret zelotypia: namque  
est ex eo, quod alter quoque  
potiatur eo, quod ipse concu-  
piueris: & consequenter in-  
telligendum est maritū hoc  
non consentire nisi probe-  
tur: præsertim si est homo ho-  
noratus bonæ famæ, aut di-  
ues, & sic lex nostra vsq. ad  
dictis verbis, \* cōsensum ma-  
riti denotantibus: sed si esset  
homo vilis, & quem, proba-  
tur ab Amasio suæ vxoris  
pretium recipere & bona, &  
illum cum sua vxore permit-  
tere loqui & familiariter tra-  
ctare, & multoties in secre-  
to, & quod de hoc publicè  
murmuratur ipso audiēte, et  
sciente, neq; zelotypia vten-  
te, tunc aliud esset dicēdum,  
licet & adhuc tunc, vt pœna  
nostræ legis puniretur, non  
crederem hęc sufficere, nisi  
tortura maritus cōfiteretur,  
quæ omnia iudicio recti iu-  
dicis relinquimus.

Lex.

Lex. 14. tit. 17. lib. 9.

*Pharmacopola de quibus re-  
bus, & confectioibus gabel-  
lam soluere teneatur, n. 1.*

SUMMARIVM.

Pharmacopolæ de quibus re-  
bus & confectioibus de-  
bent soluere gabellam.

**I**bi. *Otro si.* Hunc ego. *S.*  
inferui referendo eum,  
& declarando, super hac  
eadem lege. 14. & nunc ei  
additur, quia in Recopilat.  
hac nostra non erat insertus.  
*S.* hic quia. ibi illū declaravi.

Lex. 9. tit. 20. lib. 9.

*De ferijs & solutionibus in  
eis faciendis, plura tradun-  
tur. num. 1.*

SUMMARIVM.

Lex hæc tractat de ferijs, &  
solutionibus in eis facien-  
dis temporibus, & in loco  
hic constituti, & cum hac  
lege finiuntur leges in ijs  
quaternis duobus inserte,  
& additæ nostræ Recopi-  
lationis legibus, titulis, &  
libris ordinatis, prout ex  
eis visum est.

L A V S D E O.

INDEX RERVM,  
OMNIVM, QVAE IN  
hoc libro continentur.

A



D A M tan-  
quã prior for-  
matus Euæ  
antestat, nu-  
mer. 4. fo. 13.

Antiquior in gradu, an præ-  
feratur nouiori. nu. 7. Et  
quid si nouior maiorem  
gradum, vel ordinem ha-  
beat. nu. 8. fo. 13.

Antiquitas per vnum mo-  
mentũ consideratur. nu.  
11. fo. 14.

Amicitia nimia, est iusta cau-  
sa recusationis. nu. 18. Et  
idem de inimico & odiũ  
habente. num. 19. Etiam  
non capitalem, sed sim-  
plicem, quæ iudicis arbi-  
trio committitur. ibidẽ.  
fol. 18.

Amicitia maioris est pōde-  
ris, quam fraternitas. nu.  
26. fo. 18.

Appellatio in causa gabella-  
rum, ad quos iudices sit

interponēda. nu. 1. fo. 27.

Appellatio in omnibus, &  
ab omnibus est licita, nu.  
25. fo. 26.

Appellatio in dubio debet  
recipi, & non respui, nu.  
26. fo. 27.

Casus multi, in quibus non  
defertur appellationi. nu.  
28. fo. 27.

Appellatio est defensio, nu.  
29. fo. 27.

Appellatio quo iure sit in-  
troduc̃ta, nu. 30. fol. 27.

Appellatio per consuetudi-  
nem, aut statutũ tolli nõ  
potest, nu. 33. Et quomo-  
do intelligatur, ibi. fo. 27.

Clausula, appellatione re-  
mota, nihil operatur, quo  
ad tertij præiudiciũ, nu.  
40. fo. 29.

Clausula, appellatione re-  
mota, ita operatur in fa-  
uorem illius cõtra quem  
cõceditur, sicut illius cui  
conceditur. numer. 41.  
fol. 29.

\*

Appel-

# I N D E X:

Appellatio licet in aliquo casu tollatur, non tamen defensio, numero. 42. folio. 29.

Appellatio & nullitatis sublatio, diuersa sunt, numer. 43. folio. 29.

Appellatione remota, non dicitur remotus recusus, reuifio, ac supplicatio ad Principem, num. 44. folio. 29.

Appellatio in quibus casibus sit remota, etiam quo ad effectum deuolutiuū, num. 45. folio. 30.

Appellatio in dubio, & nisi expresse dicatur, non cēsetur sublata. num. 49. folio. 31.

Finalis ratio huius legis intelligitur, & qua de causa reformatio anni facta fuit, num. 1. folio. 49.

Datur forma in hac lege Alguazellis prouidentibus, fortalitia & gentes bellicas, num. 1. folio. 67.

**C**onfiteri Sacramentaliter, & Eucharistiam sumere quilibet tenetur

in articulo mortis. num. 1. folio. 1.

Constitutus in articulo mortis, quando quis dicatur. num. 4. folio. 1.

Totum concilium pro vno reputatur. num. 6. folio. 23.

Cultura quando sit utilis & non nociua pastibus & defensis, ad pascendum greges. nu. 13. folio. 24.

Clausula, remota appellatione, à quo possit concedi. num. 47. & num. 48. per quem possit confirmari statutum. folio. 30.

Clausula appellatione remota, solum operatur quoad effectū suspensiuum, non verò deuolutiuum. nu. 47. folio. 31.

Cōtraxisse ibi quis videtur, vbi fuit solutio destinata, num. 17. vbi limitatur in clerico: & nu. 18. de promittente soluere vbi cūq; fuerit inuentus. folio. 37.

Cōciliū potest eligere duos Doctores, seu Decuriones ad terminandum casum per legem sibi commissum in causis decem millia morapetitorum, num. 2. folio. 40.

An



# I N D E X.

An dispositio huius legis habeat locum in censibus perpetuis vitalitijs, & alijs, bene intelligitur cū ampliationibus, & limitationibus, de quibus hic. nu. 2. 1. 2. & 3. Et quomodo fraus & dolus in isto cōtractu intelligitur. num. 4. fo. 45.

Assignatur census vitalitij pretium iustum, num. 1. fo. 46.

An pretium census debeat esse in pecunia numerata, vel in alia specie sufficiat, nu. 2. fo. 46.

Contractus census est nullius momenti, si in pecunia numerata non constituitur. nu. 3. fo. 47.

An proprius motus Pij. V. super creatione certus sit in Hispania in viridi obseruantia. nu. 1. fo. 47.

Intelliguntur Extrauagantes Martini, & Calixti, num. 2. fo. 47.

Contractus census redimibilis, est vera emptio, & venditio, & quomodo hoc intelligatur. num. 3. fol. 48.

Non requiritur pecuniæ

numeratio, vbi non obseruatur proprius Motus Pij Quinti, numer. 4. in cōtractu census. fo. 48.

Assignatur ad legē nostrā verus intellectus. n. 1. fo. 49.

Castillo de Bouadilla reprehenditur, & bene. num. 2. fol. 50.

Antequam pacta & compromissa sint in executionem redacta camplores & mercatores detrudēdi sunt in carcerem, & nō detrahēdi vsq; quo lites finiātur vsq; ad. n. 2. f. 50.

An clerici & ecclesiastici teneantur ad huius legis obseruantiam, nu. 4. fo. 52.

Ultra triginta dies pōt emptor repetere excessū sibi ablatū, nu. 12. fol. 53.

*Como se ha de hazer la cata y cata, y cōtra que personas,* nu. 58. fo. 58.

Plura traduntur in materia conscientie, & quod in omnibus rebus est anteponenda. nu. 13. fo. 59.

In cōscientiæ foro tenetur excessum huius taxę erogari pauperibus, vel in ali quod opus publicū, & cōmune cōuertī, n. 15. f. 59.

\* 2 Ad

# INDEX.

Ad evitandā frumēti neces-  
sitatē collecta imponi  
inter vicinos pōt. nu. 11.  
& in hoc casu privilegia-  
tus non gaudet privile-  
gio, nu. 12. fo. 75.

Properci carmina referūtur  
notabilia quidem, nu. 2.  
& plura de mulierib⁹ ve-  
stimentis traduntur, nu.  
3. fo. 103.

De eadem re. nu. 4. fo. 103.

## D

**D**ictio, *aunque*, Latine,  
quāvis, in casu nostræ  
legis est implicativa, &  
exclusiva, & præcedēti-  
bus addit, num. 4. fo. 3.

Refertur nouū Regij Cōsi-  
lij decretum circa obser-  
uantiam. l. nostræ, & simi-  
liū, præterquam decimas  
executionum, vbi adest  
cōsuetudo, quod Corre-  
ctores habeant cū certis  
pœnis. num. 3. fo. 13.

Dictio, *non*, si præcedit ver-  
bū potest, adimit poten-  
tiam, nu. 1. fo. 14.

Delegationes Apostolicæ,  
quare Canonicis & exi-  
stētibus in dignitate fiāt,

num. 30. fol. 19.

Dictio, *no*, adiuncta verbo,  
*pueda*, inducit impossibi-  
litate, nu. 19. fo. 25.

Dispositio nostræ. *S. ibi. Ha-  
llandolos en ella*, nō requi-  
ritur omnino appellatio-  
nem, nu. 21. fo. 26.

Defensas facere nemo po-  
test, num. 23. fo. 26.

Damna facta ab animalib⁹  
fratrum de Mesta, damni-  
ficati non audentiam pe-  
tere, & ob quid, num. 24.  
fol. 26.

Duces, Comites, Marchio-  
ni, non possunt dispone-  
re contra ius si superiorē  
recognoscant, num. 40.  
neq; cōcedere clausulā,  
vt sine estrepitu, & figu-  
ra iudicis, & sola facti ve-  
ritate inspecta procedat,  
num. 41. fo. 29.

Domini temporales nō pos-  
sunt etiam ex consuetu-  
dine appellationem tol-  
lere. num. 42. fo. 29.

Dispositio. l. nostræ, quate-  
nus tollit appellationem  
de iustificatione pericu-  
losa videtur, num. 46. fo-  
lio. 31.

Differentia in casu nostræ  
l. inter

# I N D I E X

inter iudices Chancellariarū maioribus & Regalium audiētiarū, iudices, & Præsidentes, & Regē item, & maioribus Gallitiæ iudicibus. nu. 6. f. 36.

Nō potest per Dardanaticis vēdi sal, vel emere ad revendendū, cū ampliacionibus, & limitationibus, de quibus in nostra lege, & glos. num. 1. fo. 42.

Disiunctiva, O, Regidor Diputado, an comprehendat iudicem or dinarium, vel tamen Decurionem. nu. 4. pro vtraque parte discutitur. fol. 82.

Si Decuriones nollunt vel negligunt custodes deputare, quid erit agēdū per dominum loci aut iudicē ibi positū. nu. 4. fo. 83.

Depositari⁹ seu sionomus, nō potest pretium ponere in pane cocto, nec in tritico, quia pertinet ad civitatē, villam seu populum. nu. 4. fo. 86.

Decurionum consilium an possint taxā in minus iusto pretio imponere. numer. 6. Forē sibus seu vicinis & ecōtra. n. 7. f. 87.

Decuriones possunt nominare discussorē, qui provinciam visitet, discutiat, & inquiret, & susceptorem, qui emat frumētum cū salario iusto. nu. 3. fol. 87.

Decuriones tenentur ratione sui officij gratis annonam interviciinos erogare. num. 2. fo. 91.

Decuriones debent inspectis sumptibus iustum pretium annonæ imponere. num. 3. fo. 91.

Decuriones tenentur resarcire, & restituere dānam in cōscientia, si per negligentiam, vel per malitiā pretium iniustū pane cocto, vel tritico imposuerunt in vicinorum preiudicio. nu. 7. fo. 92.

Dictio, *so color*, quomodo in iure intelligatur. nu. 4. fol. 110.

Decuriones, an possint, vt assistāt in rationibus aliquod salarium accipere, num. 4. fo. 103.

E

**E**Vcharistię communio, an sit danda ad mortem cōdemnato si ieiunus nō

\* 3      fit,

# I N D I E X.

- fit, nu. 2. Et ibidē quid in cōstituto in graui infirmitate. fo. 1.
- Eucharistia quo tēpore sit præstanda condemnatis ad mortem. nu. 4. fo. 1.
- Executatus virtute submissionis, si bona & nō persona in territorio reperiatur, an possit capi per requisitoriam, & sit remittendus, numer. 11. folio. 36.
- Executio nostræ. l. an resultet ex confirmato, vel ex confirmante, numero. 3. fol. 39.
- Per quas personas erit nominandus economus seu susceptor annonæ. nu. 3. & medicus, syndicus & perlessores ciuitatis. nu. 2. & an maior pars sequenda sit. fo. 82.
- Excusio contra susceptorem facienda est, antea quàm deueniatur ad Decuriones eligētes, seu nominatores, dictū economum. nu. 7. fo. 84.
- Economus nominatus si tēpore nominationis sit idoneus, & postea constituatur in paupertatē, nō tenentur nominatores, seu decuriones, num. 8. fol. 84.
- Ecclesia an habeat tacitā hypothecam in bonis suorū debitorum, numer. 3. folio. 102.
- Per ses anni menses permittitur equitare in equis cū regimento. num. 1. cum aliquibus ampliacionibus, & limitationibus. numer. 2. fol. 106.
- Aegyptiani in nostro Regno, siue homines, siue mulieres non vagentur, cum aliquibus ampliacionibus, & limitationibus, num. 1. & 2. fo. 109.
- F
- F**Acta cōtra commissiōnem, aut formam commissiōnis nulla sunt, nu. 9. fo. 23.
- Facta contra legem prohibitiuam nulla sunt, num. 8. fol. 23.
- Forum ratione contractus sortitur si ibi contrahēs inueniat. num. 14. & nu. 15. limitatur, & declaratur. fo. 37.
- Forum quādo sortiatur ratione

# I N D E X.

tione destinatae solutionis. num. 16. fo. 37.  
Fideiussio nostrae. l. an dari debeat, licet non petatur, nu. 4. remissiuè. fo. 39.  
An falsitas committatur in parte vel in toto, benè discutitur, & plures adducuntur limitationes per Anton. de Padilla. n. 3. f. 44.  
Tempore famis ne pauperes pereant, aut vilius, frumentum dari debet, aut de toto donationem facere. Et de origine panis Fiscalis, & quomodo distrahebatur, num. 5. fo. 72.  
Forma provisionis necessitatis tempore. nu. 14. fo. 76.  
Frumenta custodiantur in domibus Concilij civitatis, & non alijs, & rationem assignat. n. 1. fo. 80.  
Quando aliquis tenetur dare fideiussorem, non sufficit iuratoria cautio, & quomodo intelligatur, num. 6. fo. 84.  
Fraus est obviandus in causa huius legis, & quod non mensuretur fideliter frumentum, & annona. nu. 4. & quomodo hoc intelligatur, & forma quae in

distributione seruanda sit, & fraus denoscatur, & possit evitari. num. 6. & 10. fo. 92.

Farmacopolae de quibus rebus & concessionibus gabellam soluere teneantur. nu. 1. fo. 110.

De ferijs & solutionibus in eis faciendis plura traduntur. nu. 1. fo. 110.

## G

Gratia prior est attendenda, num. 12. fo. 14.

Gesta per iudicem post recusatationem an sit nulla ipso iure, vel annullanda veniant mediante appellatione. num. 10. fo. 17.

## H

Haeretico damnato, an eius bona opera damnata censeatur. nu. 14. fo. 5.

Haereticalia verba, an & quomodo ex ignorantia prolata censeantur. nu. 17. fo. 3.

Horrea frumentaria, est idem quod depositus, & quomodo in iure intelligatur, nu. 2. & annona militaris, provincialis, municipalis, civilis, sunt synonyma, & verè dicuntur annona panifera, nu. 3. f. 71.

\* 4 Quo-

# I N D E X.

**Q**uomodo interpretetur  
horrea Galliana. num. 9.  
fol. 74.

An horrea annonæ, siue de  
positi sint vtilia necne?  
bene discutitur, nu. 15.  
fo. 77.

## I

**I**mpressores libros catholi-  
cos falsificantes, corrupen-  
tes eos, aut sanę doctrinę  
hæretica dogma cõmil-  
centes, qua pœna puniã-  
tur, nu. 5. fo. 3.

Ignorãti nihil imputatur, &  
ignorantia excusat à pœ-  
na, nu. 9. & nu. 10. an præ-  
sumatur, vbi alia remis-  
siuè de ignorantia. fo. 4.

Imperit<sup>9</sup> retinens libros pro-  
hibitos, an dicetur, suspe-  
ctus de hæresi. nu. 19. &  
quid sit inter alia bona  
hæreditaria eos habuit,  
vel in mercibus eos ha-  
buit inclusos, & quid si-  
licet sint ab hæreticis scri-  
pti nihil hæreticum ha-  
beant, ibidem. fo. 6.

Indulgentiarum vsus anti-  
quissimus est. nu. 2. fo. 7.

Indulgentiæ, ex quorũ me-  
ritis conceduntur, & ad  
quid profint. nu. 3. fo. 7.

Indulgentiæ profunt anima-  
bus existentibus in purga-  
torio per modum suffra-  
gij. nume. 4. fol. 7.

Indulgentiæ quo iure sint in  
ecclesia cõcessa. n. 5. fo. 7.

Indulgentia quid sit, & de  
pluribus eius diffinitio-  
nibus, nu. 6. fo. 8.

Indulgentia quotuplex sit.  
num. 7. fo. 8.

Indulgentias cõcedere quis  
possit. nu. 9. fo. 9.

Indulgentiæ semper ex cau-  
sa rationabili sunt conce-  
dendæ. num. 10. fo. 9.

Iubilæus vnde dicatur, &  
quid sit. nu. 12. fo. 10.

Indulgentiæ plenariæ, ne  
quis illas lucretur extra  
Romam, suspenduntur in  
anno iubilæi. 25. nu. 13.  
& ibidem de centenario  
iubilæo. fo. 10.

Indulgentiæ superioris non  
gaudet quis, cui non est  
subditus, nisi eius Præla-  
tus det ei facultatem eas  
alibi quærēdi. n. 10. fo. 12.

Ius gentium dignius civili iu-  
dicatur, ex eo quod prius  
fuit institutũ. nu. 3. fo. 13.

Iuramēto standum est in ijs,  
quę animo cõsistunt. n. 3.

vbi

# I N D E X.

vbi limitatur. fo. 16.  
 Casus. 37. remissivè, in qui-  
 bus iuramēto alicuius sta-  
 tur. nu. 2. fo. 16.  
 Iudex recusatus, an possit  
 regulariter interrogari de  
 veritate causæ recusatio-  
 nis. n. 7. & ibi corā quo iu-  
 dice sit interrogandus, &  
 quomodo respondere te-  
 neatur. fo. 16.  
 Excipere pōt contra inimi-  
 cū suū de inimicitia, qui  
 fuit eius causa. n. 20. f. 18.  
 Inimicus nō solum dicitur,  
 qui habet a pariētiae signa  
 odij, sed etiā qui habet cau-  
 sam odij sine signis, etiā  
 si ostendat amare. nu. 21.  
 fo. 18.  
 Inimicus noviter concilia-  
 tus, potest repelli & recu-  
 sari. num. 22. fo. 18.  
 Inimicitia procurata per re-  
 cusare volentē nihil pro-  
 dest, num. 23. fo. 18.  
 Causa inimicitie, aut amici-  
 tiæ ad recusandū est op-  
 primenda. nu. 24. & ibi,  
 qui debet esse manifesta,  
 & non dubia. fo. 18.  
 Inimicus nemo præsumi-  
 tur. num. 25. fo. 18.  
 Iudices præmaximè maio-

res debito honore sunt  
 honorandi. nu. 28. fo. 19.  
 Iudices dicuntur esse in digni-  
 tate. & qui. n. 29. fol. 19.  
 Iudices ordinarij sunt corre-  
 ctorū locū tenētes. n. 1. fo.  
 Iudices locū correctorū te-  
 nētes possunt visitare præ-  
 ter quā in mēsis in hac  
 l. exceptis, terminos ta-  
 men solus corrector po-  
 test. num. 2. fo.  
 Iudices executores nr̄e. l. nō  
 possunt se intromittere  
 vbi fratres de Mesta & An-  
 nino commoditatem nō  
 habent. nu. 7. fo. 23.  
 Iniustitia est mortis acqui-  
 sitio. nu. 11. fo. 24.  
 Iudices quid & a quibus in  
 officijs gerendis abstinere  
 debeant. nu. 22. fo.  
 Iudex nō deferēs appellatio-  
 ni, punitur. n. 27. imo &  
 peccat mortaliter ibi. fo.  
 Ius diuinū, & ea quæ ab eo  
 procedūt, nō possunt per  
 Principē tolli. n. 33. f. 27  
 Intellectus ad capitulos, vt de  
 bitus, de appellatio. & pa-  
 storalis. eo. tit. n. 48. f. 31.  
 Iudices nostræ. l. recusati, an  
 & quomodo sint asso-  
 ciandi, nu. 49. fo. 31.

\* 5 Iudices

# I N D E X.

Iudices an possint in actib<sup>9</sup>  
à tabellionibus dominos  
vexari. num. 5. fo. 34.

Submittens se ex contractu  
iudicibus Chācellariarū  
vulgo, *Alcaldes*, quando  
corā eis possit executiue  
cōueniri, & in eius per-  
sona fieri executio. num.  
1. fol. 34.

Submittēs se dictis iudici-  
bus Chancellariarum, cū  
renūtiatione proprii fori,  
& domicilij, quado in  
eius bona possit executio  
fieri, & quomodo. nu. 2.  
& num. 3. supradicta de-  
clarantur. fo. 35.

Submittens se iudicibus de  
*Adelantamiētos*, quomo-  
do sit conueniendus. nu.  
7. fo. 36.

Submittens iudicibus infe-  
rioribus, quomodo sit  
conueniendus. nu. 8. &  
9. fo. 36.

Jurisdicctio cui est concessa,  
& illum censetur conces-  
sum, sine quo expediri  
nō potest. num. 12. fo. 37.

Jurisdicctio limitata, extra ca-  
sum limitatum extendē-  
da non est. nu. 13. fo.

Intellectus nostre. l. 23. nu.

3. & num. 4. limitatur  
lex in finalibus verbis, in  
quantum de deposito lo-  
quitur. fo. 31.

In quibus casibus possunt iu-  
dices dardanariorū pre-  
tium vini assignari. nu.  
1. fo.

Verus intellectus ad legem  
istam. num. 4. fo. 44.

Iudices Regij executores  
sunt huius legis, & inter-  
pretatur verba legis. nu.  
18. fo. 63.

Iudex non potest pœnas le-  
gis moderare, nisi in cer-  
tis casibus. num. 2. fo.

Non possunt iudices annul-  
lare processus, nisi ex de-  
fectu citationis. num. 3.  
fol.

Iudices tenentur legem istā  
in executionem manda-  
re, sub pœna ibi imposi-  
ta. num. 1. fo. 104.

Iudices gabellarum, nō pos-  
sunt depositum facere pe-  
nes conductores, nec eo-  
rum administratores. nu.  
1. & 2. fol. 107.

Iudices dandi conductori-  
bus reddituū Regiarū,  
per quod tempus possūt  
concedi, & per quem no-  
mina-



# I N D E X.

minari, & eius expensis,  
num. 1. & 2. fo. 108.

Judices fraternitatis obser-  
uent ordinem in iudicia-  
libus, que iudicibus *de los*  
*Adelantamientos*, obser-  
uant, nu. 1. & 2. fo. 100.

Judices fraternitatum leges  
Regias in procedēdo ser-  
uare debent. num. 1. & 2.  
fol. 10.

## L

**L**eges prohibentes exte-  
ros beneficia ecclesiasti-  
ca, & pensiones super eis  
habere iustificatur, re-  
missiue. num. 1. fo. 2.

Libri in hac. l. contenti non  
sunt diuulgandi, nisi præ-  
cedente examine, & licē-  
tia Regij Consilij. nu. 1.  
fo. 2.

Libri obscœni impressiōni  
mandari non debent, nā  
plurimum lædunt rectā  
Reip. gubernationem, &  
corrumpunt bonos mo-  
res. num. 2. fo. 3.

Librū Catholicorum depra-  
uatio multis modis con-  
tingere potest, & quibus  
num. 3. fo. 3.

Deferētes libros vetitos ex

hæreticorum prouintijs  
fautores eorū debent cē-  
seri, & acriter puniri, &  
quomodo. num. 7. & 8.  
quod ad hoc scientia re-  
quiratur. fo. 4.

Libros damnatos retinētes,  
an sint hæretici iudican-  
di, vel suspecti de hæresi.  
num. 12. fo. 4.

Libri hæreticorum combu-  
rendi sunt, licet in eis ali-  
quid boni reperiatur, nu.  
13. fol. 4.

Libri hæreticorum combu-  
rendi sunt, neq; ex eorū  
nominibus aut operibus  
aliquid authorizandum,  
num. 15. fo. 5.

Libri hæreticorū nullo mo-  
do sunt legendi, neq; reti-  
nendi. nu. 16. fol. 5.

Librū vetitę lectionis sciēs  
retinens, an sit de hæresi  
suspectus, & an suspicio  
hec sit leuis vel vehemēs  
aut violenta. nu. 18. fol. 6.

Libros hæreticos compo-  
nens vel scribēs, verē &  
manifestē hæreticus cen-  
setur. nu. 20. fo. 6.

Librum vetitę lectionis re-  
periēs inter suos libros,  
an possit illum combu-

\* 6 rere,

# I N D E X.

rere, vel inquisitoribus  
manifestare. nu. 21. fol. 6.

Lex nostra cum. l. 4. supra  
isto tit. cōcordatur. nu. 1.  
fol. 12.

Refertur quædam. l. parti-  
cularis nostræ Placentiæ  
ciuitatis *de los quartos*,  
num. 12. fo. 24.

Lex nostra iustificat quate-  
nus appellationem tollit.  
nu. 34. vbi assignat ratio.  
fol. 27.

Legatus Papæ, an & quādo  
possit vti clausula, appel-  
latione remota. num. 43.  
fol. 30.

Liber rariōnū si restituatur  
ab eo qui rationes redde-  
re debet, ex quibus eum  
esse debitorē apparet, pōt  
nō aliter citatus condem-  
nari. nu. 2. fol. 39.

An ista. l. tanquam præcepti-  
ua, sit seruanda in foro  
consciētiae. nu. 7. & qui-  
bus modis dicatur lega-  
re. nu. 2. fo. 51.

Interpretatur. l. ista. quæ an-  
tea erat in noua Recopi.  
& referuntur eius verba  
ad literam. nu. 8. fo. 55.

Lex ista habet locum non  
tantum in auena, sed in

panizo, & hordeo. nu. 3  
fol. 66.

An leuē de quibus in hac.  
l. intelligantur de cōmu-  
minibus & vulgaribus,  
& nō de legalibus, expli-  
catur. nu. 1. fo. 66.

Plura in hac. l. de vestibus, et  
famulis meretriciū tra-  
dantur. nu. 1. 2. & 3. fo-  
lio. 100.

## M

**M**eretrices vnde peregri-  
næ dicantur. n. 3. fo. 11.

Monachi quare præstent ca-  
nonicis. nu. 5. fo. 13.

Mala multa obuientia ob  
non ministratam partib⁹  
iustitiam. nu. 10. fo. 23.

Maledictiones referuntur à  
iudicibus præcauendæ.  
num. 51. fo. 32.

Nulla modo possunt mulie-  
res exire in publicū coo-  
perta facie, sub legis pœ-  
na. num. 1. fo. 40.

Verus intellectus ad huius  
legis datur, & plura de  
honestate mulierum tra-  
duntur. nu. 2. fo. 40.

Tēpore necessitatis haben-  
tes pecunias, cogi possūt  
eas mutuare Reipub. nu.  
11. fo. 75.

Mutua-

# I N D E X.

Mutuare frumentū vicinis,  
& e contra quando, &  
quomodo fieri potest, nu-  
mer. 20. fo. 96.

Mutuare triticum, hordeū,  
vel farinam, quando fieri  
potest per decuriones, &  
iudicem, nu. 1. Cum limi-  
tatione. nu. 2. fo. 99.

Mularibus bestijs de ambu-  
lare personis ecclesiasti-  
cis cum tegumento per-  
mittitur, similiter gradua-  
tis in Vniuersitatibus ap-  
probatis. nu. 1. & 2. cum  
aliquibus declarationi-  
bus, nu. 3. fo. 106.

## N

**N**omen hoc, Bulla, mul-  
tipliciter est vsurpatū,  
num. 3. fo. 6.

Nobilior & dignior eo quis  
habetur quo antiquior di-  
gnitas atque nobilitas  
eius apparet. nu. 6. fol. 13.

Nullitates prouenientes ex  
defectu citationis, iuris-  
dictionis, & notoriæ in-  
iustitiæ, nunquam per le-  
ges nullitates simpliciter  
excludetes, censentur ex-  
clusæ. nu. 39. fo.

Tempore necessitatis non  
possunt iudices ordinarij  
concedere licentias, vt  
possint vendere triticū,  
vel farinam, & panem co-  
ctum vltra taxam huius  
legis, & an venditores ex-  
cusentur in conscientia  
foro. num. 16. fo. 59.

De eadem re, num. 17. & an  
sit limitatum vltra taxā  
vendere & traditur tres  
opiniones. fo. 60.

Noua frumenta non eman-  
tur, nec comparentur, ni-  
si antiqua consumantur.  
num. 18. fo. 96.

Necessitatis causa, an pos-  
sint decuriones, vel Pre-  
fectus annonæ, hoc est  
(hodie iudex ordinari⁹)  
aliqua de frumento hor-  
rei pecuniariè publica  
occupare. nu. 1. & quan-  
do speciale mandatū con-  
siliij requiratur. nu. 2. &  
3. fo. 98.

Non potest pecunia publi-  
ci horrei in alios vsus cō-  
uerti, & duas assignat ra-  
tiones, & mouet quæ-  
stionem quotidianā. nu.  
1. fo. 103.

Non summatur, quia faci-  
lis

# I N D E X.

lis est, & aliqua tradita fuerunt, in nu. 2. legis præcedentis. num. 1. fo. 107.

## O

**O**fficia iudicum quibus nam danda sunt. nu. 2. fol. 12.

Officialium numerus à lege nostra coarctatur. nu. 18. fo. 25.

Officialis alius, qui nominatus in concilio de la Mesta, non potest trahi pro aliquo actu scribendo. num. 20, fo. 25.

Orae. 24. nostræ. l. 23. accurrant debitori scienti ante requisitionem, nu. 1. fo. 38.

Rectoriæ, & officia de Alferazgos, possunt populi ubi vendita sunt pro tantopere infra terminum assignatum in hac lege, num. 1. fo. 69.

Ordo in omnibus rebus est seruandus, & in hac lege interpretatur in frumenti distributione. num. 5. fol. 86.

Ordo inter cerarios habenda describitur. nu. 1. fo. 107.

## P

**P**œna transcribentiũ libros hæreticorum, aut damnatos errores continentes, quæ sit. num. 6. fol. 3.

Pœna ad hoc quod imponatur in transcriptores librorum prohibitorum, quæ sint à iudice considerata. num. 1. fo.

Purgatorium non potest à Papa pro eius libito euacuari. nu. 8. fol. 7.

Papa sine iusta causa nõ potest bona tēporalia donare, nu. 11. & neque in voto, nec in iuramento dispensare. ibid. fo. 9.

Peregrini post. 20. annos habent in ciuitate ius acquirendi, & interim ab extraordinarijs munerib⁹ sūt immunes. nu. 1. fo. 11.

Peregrinus vnde & quis dicatur, & in quo differt ab hospite, num. 2. fo. 11.

Peregrini vnde omnes dicamur, num. 5. fo. 11.

Peregrinatio fit multis modis, n. 6. & tales peregrinantes sunt sub tutela summi Pōtificis, seu ecclesiæ, & Imperatoris. nu. 7. fol. 11.

Peregrini

# I N D I E X.

- Peregrinatio quædam voluntaria, & quædam contracta, num. 8. fo. 11.
- Peregrinationes quare lex nostra restrinxit. nu. 9. fo. 12.
- Prior in tempore potior est in iure. num. 1. fo. 13.
- Præferendus est ille in dignitatibus, qui causa primo fuit adeptus. num. 9. & num. 10. fo. 14.
- Papa respectu consanguinitatis, vel affinitatis, non recusatur. nu. 17. fo. 11.
- Par affectio tollet suspicionem. nu. 16. fo. 18.
- Punctuationes, vulgo, *apuntamientos*, gabellarum vim legum habent. nu. 2. fol. 19.
- Traditur nova forma pro conseruatione positorum publicorum panis, nu. 1. & verba proæmi ponuntur ad literam. fo. 71.
- Præfectus annonæ ædiles Cereales dicebantur iudices panis provisionis Romanorum. nu. 8. fo. 89.
- Panis Gradilis vnde dicitur. num. 10. fo. 75.
- Pecunię depositi quomodo custodiantur. nu. 1. fo.
- Pœna imponitur in hac lege contra economos, & susceptores, & dominos habentes frumeta in horreo publico, & in quibus casibus possunt pœnam istam vitare, nu. 3. fo.
- Partitas vtriusque libri tenentur firmare non solum susceptores, sed Decuriones nominatos ad hoc faciendum. nu. 3. fo. 9.
- Intelliguntur verba huius Pragmaticæ, & bene. nu. 1. fol. 87.
- Priores ciuitatis, aut decuriones possunt ordinare qualiter, quati, & quo ordine vendi debeat frumentum. nu. 2. fo.
- Præfectus annonæ potest constituere salarium emptoribus frumenti sine licentia Regis. nu. 7. cum ampliationibus, & limitationibus. nu. 8. fo. 89.
- Quomodo publica annonæ eroganda sit, & per quas personas, num. 1. fol. 90.
- Si prohiberetur ne decuriones possunt vendere panem suum, nondum collectum tempore Augusti pretio constituto à lege nostra:

## I N D I E X.

3 nostra: plura utilia seque-  
 rentur. num. 8. fol. 92.  
 Per decurionem constitua-  
 tur pretium frumenti cū  
 consideratione. num. 3.  
 Idem in pistoribus faciē-  
 dum est. nu. 9. 10. fo. 93.  
 In panē coctō, & non in tri-  
 tico, nec farina, distribu-  
 tio faciēda est, vt paupe-  
 res maiorem afferant uti-  
 litatem. nu. 12. fo. 93.  
 An possit vendi panis co-  
 ct⁹ maiori pretio exteris,  
 quā vicinis benè discuti-  
 tur, num. 13. fo. 94.  
 Intelligitur litera pragmati-  
 cę cū distinctione bona  
 ad verā dubij, & quęstio-  
 nis. n. 13. interpretationē,  
 nu. 14. & iterū quomodo  
 sit distributio inter pau-  
 peres faciēda. n. 15. f. 94.  
 De eadem re, nu. 16. fol. 95.  
 Pecunia publica negotian-  
 tes, an debeat lucrum il-  
 lud ab eis auferri. num.  
 2. fol. 89.  
 Pluries potest reuideri ra-  
 tio susceptoris, siue ad  
 partis petitionem, siue  
 officio iudicis, quod est  
 notabile in hac lege. nu.  
 5. fo. 103.

Pœna cōtra transgressores  
 hui⁹ legis interpretatur,  
 & conciliantur plura iu-  
 ra. num. 1. fo. 104.  
 Portantes vestes vetitas cū  
 rigore huius legis plectē-  
 di sunt. nu. 1. fo. 103.  
 Pœna huius legis insinua-  
 tur contra portantes ve-  
 stes. nu. 5. fol. 106.  
 Pœna ludētium augetur, &  
 ad quem sit faciēda, &  
 in quo casu repetitio. nu.  
 1. & 2. fo. 108.  
 Pœna imposita officialibus  
 ludentibus, etiā intra su-  
 mā permissam in diebus  
 laboris imponenda est  
 mercenarijs bene decla-  
 ratur. nu. 1. & 2. fo. 109.  
 Pœnas impositas contra ma-  
 ritos consentientes vxor-  
 es suas impudicas esse  
 augetur. nu. 1. & quod  
 requiratur mariti con-  
 sensus interuenisse. num.  
 2. et quomodo probetur,  
 num. 3. fo. 101.

**Q**ualitas est probanda ab  
 eo qui in ea se fundat,  
 num. 16. fo. 25.  
 Quia nullam habet dubita-  
 tionem

# I N D E X.

tionem non indiget sum-  
mario. nu. 1. fo. 42.

Quia brevis est non indiget  
summario, nu. 1. fo. 68.

Qualitates quas debent ha-  
bere emptores frumēti,  
num. 6. fo. 88.

## R

**R**ex potest legem facere;  
quod in cōscientia obli-  
get, nu. 14. fo. 59.

Ratione minoris ætatis, &  
per viā restitutionis, po-  
test processus annullari,  
num. 4. fo.

Quomodo sit faciendum  
registrum animalium in  
Februarij mēse, benè in-  
telligitur, nu. 1. & inter-  
pretatur. l. 3. tit. 18. eod.  
lib. num. 2. fo. 67.

*Disputase de los reuendedo-  
res, y las cautelas que ha-  
zen para engañar a los que  
cōpran dellos. n. 16. fo. 78.*

Rectores seu decuriones te-  
nētur œconomo seu sus-  
ceptori salarium assigna-  
re, secus erit, si ipsi Re-  
ctores officium in se sus-  
cipiant. num. 5. fo. 84.

Renouatio frumenti fa-  
cienda est, & in quo casu  
& tempore, nu. 19. fo.

## S

**S**stellateffera, & stellatu-  
ra vnde dicatur, num. 7.  
fol. 72.

Susceptores non possunt in  
horreo annonæ deputa-  
to aliquod frumentū pri-  
uatum reponere. nu. 2.  
fo. 8.

Susceptores tenentur con-  
ficere librum, & scribere  
annonam susceptā & pe-  
cuniā frumentariam, nu.  
1. fol. 85.

Susceptor tenetur veritatē  
scribere, & nō celare, &  
qua pœna puniatur con-  
trarium facienti. num. 2.  
fo. 85.

Susceptor tenetur resarcire  
damnum si sua negligē-  
tia, vel mala administra-  
tione annonæ perdere-  
tur per incendiū sua cau-  
sa causatum, vel per aliā  
rem, num. 17. fo. 96.

Susceptores tenentur prote-  
stationē facere decurio-  
nibus, vt debita sibi debi-  
ta per vicinos recuperen-  
tur: aliās ad restitutionem  
damni obnoxii sunt, nu.  
23. fol. 93.

Susceptoris & Thesaura-  
rij offi-

# I N D E X.

rij officium annale debet esse, & rationem reddere tenetur, num. 1. Et plura de ratione reddēda traduntur. num. 2. fo. 101.

Sale maris salietur sub legis pœna. num. 1. fo. 103.

**T** Remedium ad proferendum testimoniū, quando non adest in villa seu loco tabellio & iudex scribere nescit, num. 1. 2. & 3. fol. 45.

An triticum venditū in foro publico minori pretio, possit in conscientiae foro vendi pretio huius taxæ, necne? nu. 3. fo. 52.

Emens triticum ultra taxā, potest petere contra venditorem, vt cōdemnetur in huius legis pœnam, numer. 5. fo. 53.

Taxatur quantitas ultra taxam in pane cocto, & quomodo sit faciēda, num. 7. fo. 53.

Impedientes tritici seu farine abundance, graui pœna puniuntur, & quomodo hoc intelligatur, num. 11. fo. 55.

Qualitates testium in hoc

casu probandæ sunt per denuntiatorem, & non sufficit iuris præsumptio, num. 6. fo.

An propter temporis sterilitatem augeatur itineris taxa, necne? num. 1. & 2. vbi pars affirmatiua sustinetur. fo. 66.

Tesera quæ sit, & quomodo intelligatur in iure nostro. nu. 6. fo. 72.

An taxa panis omni tempore, aut famis tantummodo Regno cōueniret, numer. 18. fo. 78.

Nō possunt Thesaurarij pecunias frumenti retinere ad suos vsus, nisi per terminum à lege ista assignatur, & quomodo computetur, num. 5. fo. 80.

Thesaurarij & Receptores eligendi sunt, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant, num.

2. Et in hoc casu nullus excusatur quantūcunq;

sit priuilegiatus, nu. 3. cū aliquibus limitationib⁹, & quibus modis tenetur custodiam facere, numer. 4. fo. 78.

Tempus ad erogandū frumentum



# I N D E X.

- mentum assignatur, nu.  
1. fo. 100.
- Tribus mensibus elapsis nō  
est procedendum contra  
venationem, & piscatio-  
nem aucupium, & ratio-  
nem legis tradit. nu. 1. Et  
quis tenetur probare ela-  
psos esse hos tres mēses  
denuntiator aut denūtia-  
tus, num. 2. fo. 106.
- Quibus modis tegumenta  
facienda, & portāda sint,  
num. 1. fo. 107.
- Tabelliones tenentur trade-  
re processum, etiam par-  
te non petēte, &c. nu. 1.  
fol. 401.
- Totū cōcilium pro vno re-  
putatur. num. 6. fo. 23.
- Theaurarij, & depositarij  
multum solent partibus  
vexare, & in quibus. nu.  
1. fo. 21.
- Testis nō punitur ex turpi-  
tudine per eum in suo di-  
cto delicta. nu. 8. fo. 16.
- V
- Verba de habilitate sunt  
restringenda, & intelli-  
genda, nu. 3. fol. 23.
- Verba, *fuerē, o vinieren, atra-  
nessaren, o estussierē*, quo-  
modo declaranda, num.  
4. fo. 23.
- Verbum, abusus, nonnun-  
quam in iure sumitur in  
bonam partem, num. 1. &  
num. 2. quid simpliciter  
proferatur. fo. 33.
- Verus ad huius legis intelle-  
ctus datur, &c. numer. 2.  
fol. 40.
- Vicini populorum non de-  
putati per correctorem,  
non possunt vendere in  
pane cocto ultra taxam  
huius legis, & bene discu-  
titur, num. 9. fo.
- An requiratur, quod ante  
vēditionē tritici exhibeat  
testimonium, vel suffi-  
ciat post venditionē. nu.  
5. fol.
- Vicini an teneantur redde-  
re triticum in pecunia,  
vel in specie tritici, num.  
22. fol. 91.
- Verba ista, *sin embargo de ape-  
lacion*, remissiue decla-  
rantur, numero. 3. fo-  
lio. 106.

F I N I S.



С Д И В Л И К 2 7 1 4 5 6 7 8 9 0

Б...  
 В...  
 Г...  
 Д...  
 Е...  
 Ж...  
 З...  
 И...  
 К...  
 Л...  
 М...  
 Н...  
 О...  
 П...  
 Р...  
 С...  
 Т...  
 У...  
 Ф...  
 Х...  
 Ц...  
 Ч...  
 Ш...  
 Щ...  
 Ъ...  
 Ы...  
 Ь...

1...  
 2...  
 3...  
 4...  
 5...  
 6...  
 7...  
 8...  
 9...  
 0...  
 1...  
 2...  
 3...  
 4...  
 5...  
 6...  
 7...  
 8...  
 9...  
 0...

1...  
 2...  
 3...  
 4...  
 5...  
 6...  
 7...  
 8...  
 9...  
 0...

... las p... Yeste testimonio  
le recibio el dicho D. F. F. Obispo ante muchas personas graues, y Ministros oficiales del Concilio que destas letras to-  
maron razon, y mandò no se traxessen, ni vlassen sin su declaracion, como aqui se pone. Y fueron despues acetadas por  
el S. P. Gregorio XIII. Año de 1582.

† **C**ruce Christi salua me.  
℞ **Z**elus domus tue liberet me.  
† **C**ruce vincit, Cruce regnat, per signum Crucis libera me Domine ab hac peste.  
**D** **D**eus, Deus meus, expelle à me, & à loco isto pestem, & libera me.  
**I** **I**n manus tuas Domine commendo spiritum meum, & corpus meum.  
**A** **A**n-te caelum & terram Deus erat Deus, & potens est ab ista peste me liberare.  
† **C**ruce Christi potens est ad expellendam pestem ab isto loco, & à corpore meo.  
**B** **B**onum est præstolari auxilium Dei cù silentio, vt expellat pestem à me.  
**I** **I**nclinabo cor meum ad faciendas iustificaciones tuas, & non confundar, quoniam inuocavi te.  
**Z** **Z**elau super iniquos, pacem peccatorum videns, & speravi in te.  
† **C**ruce Christi fugat demones, aerem corruptum & pestem expellit.  
**S** **S**alus tua ego sum, dicit Dominus, clama ad me, voca me, Pater meus est tu, & ego exaudia in te, & liberabo te ab ista peste.  
**A** **A**bysus abyssum inuocat, & in voce tua expulisti demones, & pestem.  
**B** **B**eatu qui sperat in Domino, & non respexit in vanitates, & in-  
sanias falsas.  
† **C**ruce que antea fuit in opprobrium, & nunc est in gloriam & nobilitatem, sit mihi in salutem, & expellat à loco isto diabolum, & aerem corruptum, & pestem à corpore meo.


**O R A T I O.**  
**D**omine Iesu Christe, qui voluisti pro mundi redemptione de Virgine nasci, & in carne tua sanctissima circumcidi, à ludæis re-  
probari, à Iuda proditor osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam ducti, atq; in conspectu Annæ, & Cai-  
phæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus acculari, flagellis, & opprobrijs vexari, & spinis coronari, & spuis cõspui,  
colaphis cadi, palmis, & arundine percuti, flagellis verberari, in Cruce claus affligi, inter latrones deputari, & lancea vulnerari. Tu  
Dñe per has sacratissimas penas, quas ego indignus Sacerdos recolo, per Crucem, & Passionem tuam libera populum istum, & nos ab ista  
peste, & penis inferni, à quib; liberasti latronem tecum crucifixum. Qui cù Patre & Spiritu sancto viuus, regnas, in secula seculorũ. Amẽ.

**E**L Licenciado Ger-  
onimo Moriz, Prouisor en todo el  
reyno de Castilla, y de su  
partida, a que pueda imprimir e imprimir  
primera vez en esta corte  
por su pena alguna. D  
en la villa de Salamanca a 4. de Mayo, de 1599.  
EL Licenciado Gero-  
nimo Moriz.

℞ † D I A † B I ℞ †  
℞ † H G F † B F R S.  
Por n

**Z** **Z**elus honoris tui comedat me antequam moriar, & in nomine tuo  
salua me, & libera me ab ista peste.  
† **C**ruce signum liberavit populum Dei ex peste, & eos qui confidunt  
in eo.  
**H** **H**ecce reddis Domino Deo tuo, ò stulte, redde vota tua, offer  
Deo sacrificium laudis, & fide illi, qui potens est istum locum, & te  
à peste liberare, quia qui confidit in illo non confundetur.  
**G** **G**uttur meo, & faucibus meis adhaereat lingua mea, si non benedi-  
xero tibi, & laudauero nomen tuum quia sanctum est, & liberas  
sperantes in te. In te confido, libera me Deus meus ab ista peste, &  
locum istum, vbi nomen tuum inuocatur.  
**F** **F**acte sunt tenebrae super vniuersam terram in morte tua Domine,  
Deus, Deus meus, fiat lubrica, & tenebrosa diaboli potestas, &  
quia ad hoc venisti Fili Dei viui, vt dissoluas opera diaboli, expelle  
tua potentia à loco isto, & à meseruo tuo pestem istam, discedat aer  
corruptus in tenebras exteriores.  
† **C**ruce Christi, defende nos, & expelle à loco isto pestem, & seruum  
tuum libera à peste ista, quia bonus est Dominus, & misericors, &  
multa misericordiae, & verax.  
**B** **B**eatu qui sperat in Domino, & non respexit in vanitates, & in-  
sanias falsas, & in nocte mala liberavit eum Dominus, Domine in te  
speraui, & libera me ab hac peste.  
**F** **F**alsus est Dñs adiutorium mihi, quia in te speraui, & libera si me.  
**R** **R**espice in me, & miserere mei, & libera me ab ista peste.  
**S** **S**alus mea est tu sana me, & sanabor, saluum me fac, saluus ero.


alamanca, &c. Por la presente  
os contra la Peste. Y mandan  
limosna para las monjas de la  
Por n  
cia a Pedro Lasso im-  
gura impresor los im-  
lo qual pueda impri-  
I Señor Prouisor.  
de Malla.



118

118





Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, written vertically on a parchment strip. The characters are dark and somewhat faded, with some ink bleed-through from the reverse side. The text is arranged in a single column, with some characters appearing to be ligatures or stylized forms. The strip is secured with small, light-colored ties or stitches along its edges.

RA-19  
AZE